możesz, ucleri pascu aby terminu zamierzone  
go dogadził, jak nappędzę, to moa vatum. A  
gdy tam szczytowi stanicz: illi me memari  
pectore semper habe: a ja też nappędzę WMM  
Pana w tym uocemiam, ze ulicium eris, me-  
us semper eris, bo ab amico addalisz się non ab  
amore.

RESPONSORIA. Niema miejsca u mnie w dro-  
gę, się bioracemu owe Poety Propertijusza przykło-  
wie: quam procul ex oculis, tam procul iost amor:  
ale raczej chor odstrzelony miysucem, affektom  
jednak zawsze przytomny będę: verus amor  
absentem presentem facit. Wypowiadam Dni R.  
natibus vale, ale nie wietney y zyczliwy WMM  
Pana miłosi: z oczu odchodzę, ale z pamięci y  
z sercu WMM Pana mię zawate będę. Wozzem  
im dalezny będę, tym bliższy y na usługi go-  
towzy.

Respon-

Responsoria à Milite. Nie tak jest nie-  
znosna eratu tudekemu cztoka jednego od dru-  
giego dysolucya, jako maie aweth od miley Wmmdana  
Tana, przedeny. fizyka jest hisce laribus wypo-  
wiadac walec: vix possum dicere triste vale; ale  
y to niemniej za przykrose, gdy Wmmdan ze-  
gnac przychodzi: est dolor à facie major abibe-  
fua. Oddziaram się à strictissimo amplexu  
Wmmdana, lez to moze y statecznie obiecuis,  
ze lubam się z kompaniã Woyaka Koronnego ymasz,  
jednak ciebie Brata mego z serca nigdy gluzo-  
wac niebude: z nieprzyjacielem potykac się  
bude, ale z Wmmdanem decertare affectu  
nieprzeszary. A teraz odjeżdżając, abym  
zawsze pewne y nieomylnie braterskiej miłosci  
y przyjazni odbierał hasto, affectu moym reziden-  
tem przy boku Wmmdana zostawuis. Y gdy  
szczęśliwie po skonczony kompanij nazwa po-  
wrócę, bratem się Wmmdana in poturni zyceli  
woda inter prima manubria oddam.

Alia Responsoria. Nie maigj parawie  
z nikim miłosci do tych czas konfidentij y uko-  
chanszey kompanij jako z Wmmdanem, z kłoyim  
mi amos socialis tak mił spoj, z dusebym y  
teraz ab amio nie rad oddaję się pectore. Y  
lecz ze faforum inclementia koniecznie mi  
avocat solvoty ab amplexu, a wspomniawszy na  
braterskie affecty y zyczliwosi ledwie non solvot  
in

112  
in lacrymas: vix illud possum dicere triste vale.  
Bedeusz mi Wmmdan zawsze w sercu, tud nie  
zawsze w oczach: ante meos oculos tua stabit  
semper imago.

In eadem Materia. Gdzie pofatęgo af-  
fektu nexus, gdzie scistej przyjazni zaszly fe-  
dera, y na jeden moment pełne fakt nice rozdzie-  
lenie. Doznawszy przez niemoty czas szcero-  
zyzliwego od Wmmdana affectu, pozyskawszy  
tak wiele łask, niemoze dewicyza wadera  
bydz bez smutku materij; miłosci mi y do-  
broczynnosć perswaduje zebym stuzey w tych  
zostawał progach, inne zarokazy zład spie-  
szyc wskazyw: gwanctum, desiderium frabit,  
tantum retardat necessitas. Wic nieodmianey  
oddaję się tasci Wmmdana Dobrodziejia ze-  
gnam, z tym się deklaruis, ze na wszelakie  
ustagank y tam nigdy nie zedyde.

In eadem Materia. Tak wielkizal oggra-  
zwie serce et therca pectora juncta fide ma-  
petna smutkiem, dewicyze vale pokazue y  
materija do tego dore. Y jazby mi przyseto do-  
tori succumbere z wdziaczna, sercu y affecto-  
wi czyniac rozbrat Wmmdana konwercyja  
gdyby mi prawdziwa Miłosc, ktora absen-  
tem Amicum pudentem facti, nieuczyna.

In eadem Materia. fizyko sercu z tym  
czynie

czynic choc do czasu rozwid, i z korym sendicena  
scisle spoita Mitae. (sic) ad mitago przysa  
wila odpiedzac, y wozem tak jakoby sie du-  
za od wicnego kompara odrwana ciata:  
animad pari mihi rapta med. 2.

### APPARATUS SENTENTIOSUS ET POETICUS.

Verus amor absentem Amicum, praesentem  
facit. Putcanus in Castaliis.

Ab Amico abeo, ab amore non abeo. Idem.

Locum, non ingenium muta. Idem.

Malis cogit, si amare desinet. Idem.

Suas ero, immo teum ero, utriusq; ero. Idem.

Præsens semper videbere, si amicus es. Idem.

Alcuntera sequar, et mente, ubi eris, eris, adfu-  
urus sum. Idem.

Nobis hic mundus tanquam una domus erit: divi-  
di enim mente non poterimus. Idem.

Ibis, et a miserum cui me violente relinques?

Quis mihi deserto mihi levamen erit? Druidius.

Non potes ancti, simul ab simul ibimus inquit.

Accedat profugæ sarcina parva nasi. Idem.

Res ad solliciti plena timoris amor. Idem.

Licet cunctis tuis lacrimis lacrymas confunderent nostras. Idem.

Venimus huc ambo, cur non discedimus ambo? Idem.

Non

Non ego sum classi sarcina magna tua. Idem.

Ventus erat flautis aptus, non aptus amanti. Idem.

Vix illud potui dicere triste vale. Idem.

Solvor ab amplexu Protesilae tuo. Idem.

Quid faciam? dubito: dolor est meus illa videre,

Sed dolor à facie major absesse tua. Idem.

Sitq; novus nostri finis amoris amor. Idem.

Cur sine me? cur sic inermis abis? Idem.

Ne memori pectore semper habe. Idem.

Sim tibi curarum socius, blandumq; levamen. Martialis.

Vivite felices, memores et vincti nostri. Tibullus.

Quam procul ex oculis, iam procul vis amor. Propertius.

Di, quibus audaces amore est servare carinas,

Sedq; ventosi mulcere pericula ponti,

sternite molle fretum.

Grande tuo raxumq; damus Neptunæ profundo

Depositum, juvenis dubio committitur alto

Metus, atq; ardua partem super ægora nostra

Majorem transferre parat: proferte benigna

Sydera, soli Zephyrosq; sit copia cæli,

Solus agat puppes. Statius Metio Juveni navigaturo.

Lingvenda tellus et domus. Horatius.

Quo nos curq; feret melior fortuna parentes

Ibimus, o socii! Idem.

Quos

Quos bene junxit amor, nec separat ultima tel-  
lus. Sidonius Housius.

Absenti laud absens vincula necesse amor.

Teg. simul serva, meq. datamq. fidem.

Lacrymae sunt in amore faces.

Fugiant celeri gaudia nostra pede.

Santi causa doloris amor.

Anima pars multae rapta med.

Acz mię twa droga przyznam bardzo boli,

Niechże cię trzyma wzdług twojej woli:


Bodayś szczęśliwie tę drogę odprawit,

Y wszystko wedle myśli twojej sprawit. Kochanowski.

Et hactenus civilem urbanamq. Polonum Rhetor-  
em efformare volui, cultioremq. Sarmati-  
am (juxta sensum Lipsii) supra Haesperiam  
si non feci, sum tamen conatus osten-  
dere; Civiliores Pomaniensem Rhetor-  
em Aula Regum, Principum, Sena-  
torum, et optimus rerum Magister  
usus cum Magistra experientia  
efficiet atq. reddet.

POLONIA BLES  
Civitas Obsequii  
DEO TER OPTIMO MAXIMO  
SIT LAUS ET GLORIA  
IN SEMPERITERNAM SAECULA.

---



POLONIA POLITICA

Seu

Civilis Observationis

CAJII CRNEII TACTI

Romani Cosulis,

MAGNI AVELII CASSIODORI

Senatoris Ravennæ,

Aliorūq; Politicorū

INSTRVCTA.

Faint, mirrored text bleed-through from the reverse side of the page, including the words "POLONIA POLITICA" and "CAJII CRNEII TACTI".

# 116  
Iustus Lipsius Centuriâ tertîâ, Constelâ signâ sic  
in Cornelij Taciti excurrit laudes: Tacitus est pru-  
dentia Patris, Seneca sapientia fons. Hippolytus in  
suo Consiliario dicit: Tacitus maximè Consiliarij ma-  
nibus ferendus est, salubrium enim Præceptorum tan-  
quam seminarium quoddam est. Guicciardinus ait: qu-  
vissimus Scriptor, et magnus rerum Observator Tacitus.

QUID SIT POLITICA ET QUID  
POLITIA?

Politica propriè sumpta juxta Nicolaum Vernu-  
licum aliq̃, est Scientia justè ac sapienter admini-  
stranda Civitatis, seu Republicæ. Secundum Latinos  
Politica, Civilis Doctrina est. Ex Græco enim voca-  
bulo civitatem significat, non eam quidem quæ Urbs  
aliqua est, sed amplissimam hominum societatem,  
Republicam, Regnum atq̃ Imperium, adeoq̃ nunc  
dum ipsum

Politia verò est legitima ordinatio Regni aut  
Civitatis, secundum quam aliqui præsert, aliqui subtrunt, nec  
parent. Hæc dici solet Civitatis anima, omnis administrati-  
onis principium, et sine ea nihil in Republica ad-  
utili.

utilitatem communem ordinari potest.

Scientia Politica summè necessaria est, quia homo difficile regitur, liber nascitur, et cum servitutem pati non possit, libertatem ferre non valet, et in vitia prolabitur: sine imperio vivere non potest, et imperium odit. Animi quippe multitudinis ac potissimum imperitia instabiles sunt, varij, feroces, ac nimium perfidentes.

Civilis hæc Doctrina quam Politicam appellamus, in eo tota occupatur, quibus legibus communitas regi possit, quæ officia Imperantium sunt, et quæ Subditorum: ut nimirum Reipubl. et pacis artibus ornari possit, et viribus belli defendi.

Finis Politicæ: Felicitas Reipubl. Communitatis, liberum, ad quam consilia omnia dirigere, et conatus suos referre, qui administrat, debet.

Si quæritur quis dicendus est verè Politicus? Respondeo, Politicus is verè dicendus, qui Civili Doctrinâ præditi, Reipubl. tractanda perficiendæque vias omnes ita tenet, ut possit. Vel clarius:

Politicus est Vir bonus regendi peritus, et

et quidam Reipublicæ perficiendæ Artifex. Vulgo autem Politici, minime Politici sunt: sed sunt in Civili conversatione gratiosi, moribus omnium accommodati, versuti et veripelles, qui, ut tempori serviant, polyi ingenium induunt, et ut decipiant, non raro cultum mutant. Eorum summa doctrina, verba dare caute, pupure dolere, blanditiis certare, interim insidias struere, omnia se vive simulare, et omnino nihil aut parum scire, dicam in compendio: quæ hæc dogmata semper præ oculis habent et in præxi: Simula, dissimula, nulli crede, omnia lauda, vide quid agas. Machiavelista hi appellantur, qui ex infami nomine et ex nequitia gloriam colligunt: per quos effectum est hæc, ut exoriam patre Politicæ sit nomen, nec satis Vir bonus habetur qui Politicus, sed error hic vulgi est. Politici ergo officium seu manus est, Reipubl. formam pro ingenio naturæque populi, et pro indole ac prudentia conservare, cunctaque ad Civitatis aut Regni utilitatem ordinare ac dirigere.

Qualis esse Politicus debet? si quæris: Respondeo Vir bonus et sapiens. Politicum enim mihi vichis regere omnis ejus actio calliditas est et malitia. Sapientiam habere debet singularem, nec sufficit juris, variarum consuetudinum cognitio. Notas etiam habeat antiquitas

antiquitates, omnes historias, publicos Regnorum ac Imperiorum Status: et quantum fieri potest rerum, quae toto orbe geruntur et gesta sunt, sit peritus.

Politicius autem nemo nascitur, sed studio ac experientia longa Scientia Politica acquiri debet. Ad libros variorum attentio studio accedat, qui Politicus esse desiderat, in illis calamitates et injurias humanae civitatis discet, fraudes et astutias plurimas cernet, ut caveat et non deperiat: malorum perniciosas factiones intelliget, ut avertere et extinguere perdiscat. In libris Regum ac Principum arcana (inquit Vernulius) Historicis feliciter revelantibus quilibet explorabit: variorum consilia audiet, quasi in Foro ac Tribunalibus veraretur. Iudiciorum rationes perspectas habebit, quasi in castris degeret, militiam omnem et bellandi artem non ignorabit: quasi per orbem universum peregrinaretur, omnium Populorum mores, Gentium instituta, Rerum publicarum formas, et omnes vitae rationes agnoscat. Plane paucorum annorum studium, longissima vitae fructuosum est compendium: et plus nonnavo ad libros sedendo discitur, quam Orbem deambulando acquiratur.

REGIMEN POLITICUM

Sell

Formae

### FORMA REPUBLICAE POLONAE.

Rerumpublicarum tres formae numerantur communiter. Una est Monarchia, id est unius Dominatus et Principatus ad communem spectans utilitatem. Altera est Aristocratia, quae est Magnatum seu Optimatum Imperium. Tertia Democratia, et est Populi Dominatus. Ex his tribus Reipublicae formis, aliae sunt mixtae, et sic e.g. Monarchia adiungitur Aristocratiae, vel Aristocratia Democratiae, aut haec duae in unum coalescunt, aut ex his tribus una duntaxat Reipublicae forma conflatur.

Monarchia seu unius Principatus fuit ab initio statim in Regno Poloniae. Popielus sumus absolutum Imperium volebat iterum in Poloniae inducere, sed vindictam Dei sublatus est. Aristocratia fuit in Polonia nostra, cum duodecim Palatini imperabant toti Poloniae. Quis autem est forma Reipublicae Poloniae nunc, si quidem? Cromerus lib: 2do de Reipublicae Poloniae est tribus mixtam esse dicit. Franciscus Marinus in Libro, dicto Scopus Reipublicae Poloniae, et Starowolski ait mixtam esse illius Formam, seu compositam esse tribus. Atque Poloniae ex triplici specie Politici Regiminis eliguntur successores.

et cum magna Regni maiestate perbelli auream colligavit Libertatem.

Alii asserunt formam Reipubl. Polonae Regiam esse, seu Aristocraticam mixtam: potest enim Rex quoddam, quod sunt Potestatis Regia, construere ab eorum consensu Senatorum et Nobilium: plura tamen cum consensu. Functus in Provario tribus inquit, quod in Polonia Monarchia Aristocratica sed inequaliter iuncta est. Comparatur Reipubl. Polonia cum Veneta à nonnullis, non tamen satis accurate. Dux enim Venetorum speciem tantum gubernationis Regiae praesert: Rex autem Polonae non tantum speciem Regiae Maiestatis, sed re veram Maiestatem Regiam possidet. Consilium vero magnum apud Venetos plus quam mille ducentis hominibus consistere refert Craevius,: mille quingentis Bodinus, alij ter mille capitibus. Hinc multi Reipubl. Venetam Aristocraticam esse contendunt, inter quos est Bodinus et Beckerus.

Reipubl. Polonia tres Status, seu Ordines hominum comprehendit, Statum Regium, Statum Senatorium et Episcopalem: et sine his tribus Ordinibus nihil legitime in Comitiis concludi potest. Regia igitur Potestas Nobilium Libertate temperatur, ut dicit Petrus Martyr.

Kowalski Pomaniensis Canonius: Nobilium Libertas Regia Potestate definitur, Senatus vero ipse tam Potestatis Regia, quam Procerum Libertatis est Moderator et custos.

Ab administratione Reipubl. nostrae plebs excluditur, licet verò Cracovia, Vilna, Pomania, et aliqua aliae Urbes Nuntios suos ad Comitia Regni mittant non faciunt tamen diversum Reipubl. ordinem illi Nuntij, sed Nobilitati aggregantur: quia in his Urbibus ad iura Nobilitatis Consules.

Lucas de Linda in Orbis Descriptione ait: ad exactam libram iudicij, Politici formam Reipubl. Polonae ponderarunt, non pauci Status accurati Senones, et hi existimant, quod potius singulari Providentia Divina, et non hominis consilio atq; prudentia haec mixta Regiminis forma in Polonia consecratur.

Ad solenne autem proverbium illud: Polonia confusione regitur, seu Polska niereadem stoi. Respondit Andreas de Pilca Koryciński Castellanus Vislicensis in Perspectiva Politica: iam tot annis ab incunabulis huius Regni confusione regitur Polonia, sed Felix illa confusio dicenda est. Dogmata.

DOGMATA PRINCIPUM  
EX LIBRO PRIMO ANTIQVVM TACITVM.

Militem donis, populum annona, cunctos dulcedine atqve  
lexit. Tacitus.

Modus Imperij acquirendi Militem sibi conciliare,  
donis, Plebem beneficentia et annona procuratore, Nobi-  
les honoribus, omnes atqve dulcedine. Ita vix Imperium a-  
depto Vespasiano praecipua cura fuit annona. Sixtus V  
sui Pontificatus initio, annona pretium Lond diminuit.

Augustus subsidia dominationi Claudium Marcellum Pon-  
tificatu et curae habilitate exulit. Tacitus.

Fulcrum seu praesidium dominationis, bonorum  
sanctioritas est. Sic Caesar ex familia sua multos di-  
gnitatibus exulit, ut facilius Imperium administraret.  
Ex quo collige, in summa etiam fortuna opus esse amicis.  
Sic Trajanus, teste Plinio, vix Imperator electus, sta-  
tim sibi Amicos ex optimis elegit.

Domus res tranquillae. Tacitus.

Cauti Principes, ut domi tranquillitatem habe-  
ant, foris bellum gerunt: nimirum ut animos sub-  
ditorum occupando, eos a tumultibus concitandis aver-  
tant.

tant. Ea fuit ars Romanorum hostile bellum gerere,  
ut civile non haberent, quemadmodum videre est apud Li-  
vium. Sic Ferdinandus Castellae Rex ut Hispaniae  
Primates a rebus novis amoveret, adversus Mauros  
bello eos continuo implicuit.

Acribus custodiis domum, et vias secesserat Livia: latij  
interdum Nuntij vulgabantur, donec provisus quid tempus  
monebat, simul exisset Augustum, et rerum potiri  
Neronem fama eadem tulit. Tacitus.

Hic describuntur Liviae Uxor Augusti et auli-  
ca artes in celanda morte Principis. Tranquil-  
litas mortem celavit Targvinij Prisci (teste Livio lib. amo)  
donec Servium Tullium Regem fecit. Simile factum,  
Mahometis, qui in Pannonia per octo dies mira arte  
celavit Soliman Ottoman Imperatoris mortem, donec  
Selimus Filius Patris Soliman securus occuparet.

Primum saevius novi Principatus fuit Agrippae ad-  
des. Tacitus.

Quorundam, sed impiorum Principum ea opinio est,  
ut novus Principatus multo sanguine solidetur. Hinc  
Tiberius Agrippam interfici iussit, et Germanicum e me-  
die tolli: quod exemplum secuti Barbarum Principes, nec  
quidem propriis fratribus parant.

Nihil.

Nihil de ea re Tiberius apud Senatum dixerit. Tacitus.

Voluit Tiberius auctor videri cædis Agrippæ, itaq; apud Senatum nihil de ea re dixerit: credi vero voluit Augusti Patris jussu eadem istam patriciam, se ipse.

Neq; imperasse se, et rationem facti reddendam apud Senatum respondit. Tacitus.

Principes improbi nunquam rem improbam latentur, ne tyranni nomen sequantur: nam tales extrinsecus clementes et benignos se ostendunt. Atq; odium conflare possunt, nunquam suo nomine geri Principi novus demonstrat.

Verba edicti fuere pauca, et sensu permoderato. Tacitus.

Dignitatem Principum decet paucis verbis edicere aliquid breviter et nervosè: sic de Vespasiano idem Tacitus dicit: cæterum ut Princeps loquebatur. Consilio nisi suo. Tacitus.

Difficile omnino et arduum est dare perenti consilium. Præclare hic Messalla Tiberio respondit consilio usurum se suo. sum enim iuramento adigantur consularij, ut quæ meliora utilioraq; cognoverint. Principi.

Principi insinuant, de se debet dicendi libertas, ut non tam blandiri debeant, quam vera aperire. Dicebat Fridericus Imperator: ponenda ante sumam simulatio et dissimulatio, cum non ad certamen adulationum conveniant Senatores, sed ad murus sustulid.

Regendi curda onus. Tacitus.

Difficilis est Regni administratio et onerosa. Hinc unus Rex dixit, teste Valerio Maximo lib. uno, Capite esto: O nobilem magis, quam felicem pannum, quem si quis penitus cognoscit, quam multis sollicitudinibus, periculis sit repletus, ne humi quidem jacentem tollere vellet.

Suspensa semper, et obscura verba. Tacitus.

Verba ita concepta erant, ut non satis possit percipi, qui Tiberij sensus esset: semper enim obscure et ambigue sive ex natura, sive potius ex astutiâ Tiberius loquebatur: Ita sermonem efformando, ut, quò vellem, flecti posset juxta illud Polonicum axioma: Loquimur co chere.

At Patres, guttus unus meritis, si intelligere viderentur, in questus, lacrymas, vota effundi. Tacitus.

Nihil periculosius est, quam Principis mentem

mentem et consilia aspergi tunc, dum ipsa artes et  
consilia quam maximè occulta esse desiderant.

Quidam pars sibi mandaretur, ejus tutelam susce-  
pturum. Tacitus.

Discere bene Principes debent, se Pastores  
esse non Dominos Subditorum. Verissimum La-  
cedaemoniorum Regis Agasicles responsum, qui  
interrogatus quomodo tuto quis imperare posset  
sine satellitiis, si sic imperet subditis suis inquit  
ut Pater liberis.

Nec ideo iram ejus lenivit pridem invidius. Tacitus.

Juxta Homerum ira magna est divorum  
Regum. Principes enim altè offensas reuolunt,  
plumbeas iras gerunt. Ira implacabilis hoc pro-  
prium est, ut verba omittat, sed occasionem graui-  
ter laedendi expectet. Hinc Tacitus infra inquit: cui  
implacabilis irascebatur, silentio transmissit.

Manium Lepidum dixerat capacem, sed asper-  
nantem. & Tacitus.

Ad dignitates gerendas tria hic hominum  
genera proponantur. imo qui sunt capaces, sed  
aspernan-

aspernantes. Et alij auidi, sed honori impares. Et non  
indigni. Optimi primi, pessimi secundi, tertij boni. Ta-  
lis fuit Maximus Brabantid Dux qui ad Regnum Fran-  
ciae vocatus diu recusavit, nec nisi coactus à Ponti-  
fice accepit.

Ille moderandos foeminarum honores distans, eadem  
se temperantia usurum in his, quod sibi tribueren-  
tur. Tacitus.

Moderandos foeminarum honores vult Pater-  
nus, quia illi naturam mobiles sunt. Moderari et ipse  
vult suas dignitates: prudentes Principes enim o-  
mnem ambitionis suspicionem in exordio Principa-  
tus vitare debent. Ha Maximus novos honores  
et nomen Patris Patriid recusavit, ut passim exclama-  
rent Senatores: quam longa nobis cum modestia  
tua pugna, ut dicit Plinius.

Candidatos Praeturae duodecim nominavit, numerum ab Au-  
gusto traditum: et hortante Senatu ut augeret, jure ju-  
rando abstrinxit, se non excessurum. Tacitus.

Omnino novus Princeps Decreta et Ordinatio-  
nes Antecessoris sui nunquam immutare debet, ni-  
si utilitatis evidentissima causa: ad auctoritatem  
enim Principis pertinet ea serrare, quod statuit. Nullis.

Nullis novis causis: nisi quod mutatus Princeps li-  
centiam turbarum, et ex civili bello spem praeiorum  
ostendebat. Tacitus.

Mutationem Principis ferè semper licentia  
turbarum apud Milites sequitur, quod seditioni fa-  
cilius impetraturus aliquid se sperent à novo Prin-  
cipe: quia initia novorum Principum plena sunt  
gratiarum. Sic apud Turcas Sarisari mortuo Im-  
peratore in Christianorum et Iudaeorum bona libe-  
rè et crudeliter grasantur. Principes autem no-  
vum Imperium non ante ipsi probant, quam impu-  
nitate oblectati.

Enimvero militiam ipsam gravem, instructuam: denis  
in diem aspidibus animam et corpus destinari: Tacitus.

Nulli magis laborum suorum memores sunt,  
quam Milites, quorum saepe inspecta vulnera memori-  
am reducunt, et facile in tumultum concitantur. An-  
te cum stipendia sua laboribus minoribus animalibus gra-  
viter in tumultum abeunt, nam ut ait Lucretius lib: sto:

----- Praemia Miles  
Dum majora petit, damnat causam, Duemq;  
Et scelere imbutos etiam nunc vendidit enses.  
Multi

123  
Multo vero acrius concitantur Milites dum negantur aut  
differuntur stipendia. Nichil justius enim, quam Mi-  
liti venalem pro fidie vitam circumferenti stipendium  
non negare.

Increpatq;, ac retinebat singulos. Tacitus.

Remedium hoc unum seditionis tollendi imper-  
ferito animo et vultu seditionum audaciam increpare  
exprobrare. Ha Julius Caesar, cum gradam legiones  
ejus seditionem movissent, processit ad Milites, postu-  
lantibusq; missionem ultro miraci vultu dedit ita.  
loquens, ut refert Lucretius lib: sto:

Qui modo in absentem vultu, dextris furibus  
Miles, habes nudum, promotumq; ad vulnera pectus;  
Alte fuge, si belli finis placet, ense relicto.  
Invenient hinc arma manus.

Paulo post dicit:

----- Discedite castris:  
Tradite nostra viris ignavi signa Quirites.  
Vocabat seditionis auctores ad mortem, dicendo:

----- Procumbite ferre:  
Infidelumq; caput, ferientemq; tendite colla.  
Et tu, quo solo stabuit iam robore castra  
Tyro rudis, specta poenas, et diuice ferire,  
Dixit mori.

Præterea.

Properantibus Alarus advenit multa dicendi arte. Tacitus.

Monet unus Politicus, ne ulla Respublica  
aut Exercitum sine Imperatore, aut Imperatorem  
sine aliquo eloquente Oratore mittat. Sic apud Ro-  
manos dicendi facultate plurimum valuit C. Julius  
C. apud Macedones Alexander, apud Thebanos E-  
gaminondas, qui, Mutarcho teste, lingua prius,  
quam armis vicit. Adversant, quam ubiq; neces-  
saria est Eloquentia.

Tristissima quodq; maxime occubantem. Tacitus.

Prudentis Principis est adversa dissimula-  
re, et spem laticidiorumq; pra se ferre.

Illi prope oculos ad multitudinem referant, voci-  
bus truculentis strepere. Tacitus.

Augentur Seditiosorum spiritus, cum  
multitudinem suam vident. Causa quod seditiosi  
ab illa sua frequentia, opem et auxilium furori  
suo sperant. Hinc cum seditio aliqua finitur,  
non est relinquenda aliquo in loco magna multitudo.  
Alij bonis artibus grati in vulgus. Tacitus.

Rari illi, qui bonis artibus grati sunt in vul-  
gus: quia pleriq; per malas artes popularem famam  
acquirunt. Sic de Pompejo Lucanus lib. amo:

Dedidit jam pace Ducem: famaq; petitor  
Multa dare in vulgus: totus popularibus auris  
Impelli, plaususq; sui gaudere theatri.

Id est largitionibus et laudis captabat benevolentiam  
Populi Pompejus.

Promptum ad asseriora ingenium Druso erat: vo-  
catus Vibulenum et Perennium interfici iubet. Ta-  
citus.

Auctores criminum tollendi sunt, ut ad o-  
mnes metus, ad paucos poena perveniat. Sic Clau-  
dianus:

Ulceri possessis late suffusa medullis,  
Non leviori manu, ferro sanantur, et igne.

Per otium, aut levia munia. Tacitus.

Frequens erat Exercitus seditiosus, nec mi-  
rum quia frequenter seditiosus: otio enim indul-  
gebat. Qui vero ab Exercitu seditiones arcere  
vult, in otio eum esse non sinat. Leo Impera-  
tor

tor dixit: otiosi Milites ad seditiones se adiungunt.  
Et Tacitus lib: 1. mo de forbulone dicit: ne Miles  
otium exerceat, inter Mosam Rhenumq; frum et vi-  
ginti milliarium spatio septem produxit.

Audito legionum tumultu, raptim profectus. Tacitus.

Debet Dux omnia negotia omittere, dum in  
Exercitu tumultum audit. Cuius exim dicit: omne  
malum nascens facile opprimitur, invertatum sit  
robustius. Lucanus lib: 1. mo:

*Tolle moras: semper novit differre paratis.*

Julius Caesar dicebat unam esse in celeritate positam  
salutem. De Semiramide scribitur: ea cum, una  
parte composita, Babylonicos Populos rebellare  
didicisset, tanta celeritate ad eos perrexit, ut partem  
alteram componere prius noluerit, quam eos ad obe-  
dientiam reduxisset. Herum cum Syracas deflexit  
se percepisset eo tempore quo calcabatur, uno pede  
calcata ad eos festinavit, nec prius calcem alteri  
pedi induxit, quam eos subegisset.

At ille moriturum potius, quam fidem exueret cla-  
mitans, ferrum a latere dirigit. Tacitus.

*Patius est multo mori, quam fidem exuere.*  
genero

generum quippe animi est proprium, perfidiam mortem  
anteponere. Fraus, inquit Thucydides, sum omni-  
bus foeda est, sed iis maxime, qui dignitate majore  
præditi sunt. Illustre exemplum Didaci Lopez  
Arcis Aguiland Præferti: Is cum Arcem illam se-  
ptem annis obsessam ab Alphonso Rege, propugnasset,  
et, mortuis prædidiariis militibus, ipse fame con-  
ficeretur, Arcis clavibus collo appensus, humiq; ja-  
cens, integrâ fide mori cupiebat.

Diu cunctatus, aspernantem Uxorem, cum se Divo  
Augusto ortam, neq; degenerem ad pericula festa-  
retur. Tacitus.

Hoc ingenium est iis, qui clarissimis Paren-  
tibus sunt nati, ut magnos spiritus quasi hæ-  
reditarios gerant. Sallustius ait: Majorum glo-  
ria Fortis quasi lumen est.

Majestate salva, cui major è longinquo reverentia.  
Tacitus

Propter majorem reverentiam Persarum  
Reges olim sub Majestatis specie ferè semper  
cælebant. Pericles nullâ aliâ re magis auctorita-  
tem sibi apud Athenienses concillavit, quam quod  
Tarsis-

rarisimè in publicum prodiret, Plutarcho teste.  
Idem hodie fit apud Sinenses et Abyssinos,  
ubi cujusdam Felicitatis est vidisse Regem.  
Exarsere nuntiata ea, se fama. Tacitus.

Tiberius laudat Germanicum et invidet:  
semper magnæ virtutis et gloriæ comes est invidi-  
dia. Aigre ferunt Imperatores crescere glori-  
am Ducis, timent enim, ne contra se aliquid na-  
chinetur: adeoq; Dux debet acquisitam victoriam  
auspicijs Imperatoris tribuere.  
Ad duriora vertere. Tacitus.

Documentum hic Principibus datum, ut cum  
primum ad gubernacula accedunt, diligenter ad  
populi mores attendant, ne in contrarium tra-  
hendo tumultus et conspirationes commoveant.  
Imitari naturam oportet, quæ repentinis ab  
uno extremo ad aliud mutationes nunquam ad-  
mittit. Vespasianus factus Imperator cum  
multos gravis cupiditatis, addictos videret,  
non statim eos exasperavit, sed paulatim no-  
nuit instar Parentis, et aliquando conniven-  
tibus

126  
tibus oculis tantum aspexit: usq; artibus sedu-  
tatem omnem brevi tempore proscripsit.

Lucio Apronio ad munitiones viarum, et flu-  
minum relicto. Tacitus.

Dux belli hostilem ingressus terram, munire  
rebro locum aliquem, viam, aut flumen debet, vel  
certè Urbem aliquam, Arcemq; occupare. Ita Ioan-  
nes Austriacus invasurus Belgium, rebellem Ar-  
cem Namurcensem summâ industriâ occupavit,  
et suorum armorum sedem posuit. Quodsi Urbs  
vel Arx non possit occupari, temperaria excitanda  
munitione, quæ possit postea facile destrui.

Quippe proditores, etiam is quos anteponeunt, in-  
visi sunt. Tacitus

Verum Sægestis dictum: licet enim prodi-  
tiones propter commodum sint acceptæ, prodito-  
res tamen propter perfidiam scelus sunt invidi. Hinc  
Augustus Cæsar Thraciæ Regi dixit: proditorem  
amo, proditorem non amo.

Benignè excepti. Tacitus.

Nihil pulchrius inquit Seneca, quam mul-  
tarum rerum veniam dare. Sic Alexandri cle-  
mentia

mentia moti populi in deditiōem propenderunt  
ut scribit Curtius lib: 7mo: moverat enim eos  
non tantum Regis virtus, sed et clementia in de-  
victos Scythas. Nam si hostes persequuntur  
nullum esse verid locum, omnia sustinere ma-  
lunt, quam in potestatem venire.

Trudebantur in paludem. Tacitus.

Multum ad victoriam obtinendam valet  
cognitio locorum. Pompeius in Cappadocia lo-  
cum editum castris elegit. Cleomenes Lacedae-  
monius planum pugnae locum stratis arboribus  
impedivit.

Unam in armis salutem: sed ea consilio temperan-  
da. Tacitus.

Consilium in armis necessarium. Luxon-  
der, Plutarcho teste, dicebat Principem et Duum  
Exercitus debere esse leonem et vulpem. Leo-  
nem ad hostes ferendos, vulpem ad evitandas  
eorum insidias. Pulchre Horatius dixit:

Vix consilij expertis mole ruit sua.

Et Sallustius inquit: periculo atq; negotijs com-  
pertum est, ingenium in bello plurimum posse.  
*Recte*

427  
Recte ergo facina: in armis salus, sed consilio  
temperanda.

Comitate leniret. Tacitus.

Comitas Ducis accepta cladis memoriam le-  
nit, et hinc una ars comparandi in exercitu amo-  
ris. Si vis amari, ama inquit Seneca. Et Ni-  
nius: amari, nisi ipse amet, non potest. Traja-  
nus, teste Diono, solitus erat Milites in proelio  
vulneratos curare, cum autem fasces deficie-  
rent sui vestri non parabat, sed eam in ligamen-  
ta dividendabat totam.

Cuncta mortalium incerta. Tacitus.

Aurea hinc sententia et a Principibus fre-  
quenter consideranda. Herodotus Regnum ap-  
pellat bonum fallax. Publus dicit: Fortu-  
na vitrea est, cum splendet, frangitur. Lu-  
canus

----- Summisq; negatum  
Stare diu.

Unde rogatus Apelles Pictor cur Fortunam pin-  
geret sedentem, Respondit: quia stare loco  
nescit. Seneca in Agamemnone dicit:

Quidquid in altum Fortuna tulit;  
Quifura levat.

Et

Et Iuvenalis Satyrâ 4mâ:

--- Ex humili magna ad fastigia rerum  
Extollit, quoties voluit Fortuna jocari.

Continuare Imperios. Tacitus.

Multorum ingenia hæc quæstio tentat  
nondum definita, an Magistratus perpetui  
esse debeant, an verò ad certum duntaxat tempus.  
Apud Venetos sexdecim Mensium sunt Magistra-  
tus. In Hispania trium annorum. Carolus  
V. Filium Philippum II. Hispaniarum Regem  
monebat, ne summos Magistratus et Præfe-  
cturas perpetuas esse sineret: ob meliori ob-  
sequij fortè occasionem. In Gallia, Belgio,  
Germania perpetui sunt Magistratus, et in aliis  
Monarchijs.

DOGMATA PRÆCIPUA

EX LIBRO SECUNDO ANNALESUM TACITI.

Arminius adstitit, quæsitq; an Cesar vendisset?  
postquam adesse responsum est, ut liceret cum  
fratre colloqui, rogavit. Tacitus.

Cavendum est, ne Milites cum hostibus  
collo

colloquantur. Sapio plura millia, Virorum illustri-  
um propter colloquia Militum cum hostibus ami-  
sit.

Miles in loco prælij, Tiberium Imperatorem salu-  
tavit, struxitq; aggerem, et in modum Propædo-  
rum. Tacitus.

Victoria ei tribuenda est, cujus auspicijs  
pugnatum est. Nil sibi Germanicus attri-  
buebat, ut invidiam vitaret: sic et Agrippa o-  
mnium suorum laborum gloriam Augusto de-  
ferrebat, quâ re benevolentiam sibi maximam  
Augusti comparavit.

Nil ex iis Cesar innotitum: consilia, loca,  
prompta, occulta noverat, astutiq; hostium in  
perniciem ipsius vertebat. Tacitus.

Nil utilius Duci quam hostium consilia  
nosse, ut in eorum illa perniciem vertat. Cra-  
brias optimos esse Imperatores dicebat, qui res  
hostium notissimas haberent. Secreta enim tua  
sunt consilia, sed inimicorum exploratissima.

Libo Drusus defertur moturi res novas. Tacitus.

Ars una pravorum est per aliorum vi-  
nam crescere conari: eam verò quibuscunq; ma-  
gis

lis procurare. Clarum huius in Firmio exemplum: cum Libonis Drusi ruinam quideret, ut apud Tiberium gratiam occuparet, illum in solus induxit, ut calumniandi occasionem haberet. Multi calumniis et delationibus salvis in Principum favorem malitiosè se insinuant.

Libo interim veste mutata cum prioribus foeminis circumire domos, orare adfines, vocem adversum pericula poscere: abnuentibus cunctis, cum diverra praeferrent. Tacitus.

Ubi Principum offensiones videntur, ibi nullus Fautor est aut Patronus, sed omnes amicitiam abnuunt. Sejanus quamprimum Tiberij subiit indignationem, recessere statim ab eo amicitissimi.

Tum per idoneos et secreti ejus socios crebescit vivere Agrippam: occultis primum sermonibus, ut vetita solent, mox vago rumore. Tacitus.

Agrippa jussu Tiberij occisus est: quare frustratus sua spe Clemens, magis temerarium facinus aggreditur, surtoque sublatis Agrippae cineribus, ne mortis illius augmenta forent, Agrippam se fecit. Multi se in alienam Familiam

liam inseruerunt calidè. Ita Andronicus in Macedonia filium se simulavit Philippi Regis. Ita Alexander Suddus adoptavit se in filium Herodis, et illo mortuo regnavit. In Germania cum post mortuum vel amissum Voldemarum Marchionem Brandenburgensem jam ab annis triginta Ludovicus Bavarus Marchionatum teneret, illum ut expelleret Rudolphus Dux Saxonid, Motiforem quendam secreto instructum misit ad Bavarum ut, simulans se Voldemarum, reciperet Marchionatum, cui plerumque arces et oppida se subderunt. In Hispania cum Alphonsus Rex Aragonid undecim esset annorum, Matre gubernante supervenit alius, qui se veterem affirmaret Alphonsum ante annos viginti octo ad Pragam usum. In Belgio Bernardus Lanisus, in Hannoniid Sylvis Anachoreta se Balgvinum VIII Flandrid et Hannoniid Comitem fingit.

Et quamquam multi è Domo Principis s. Tacitus.

Doctrina Politicorum est: ubi multitudo deliquit, in singulos inveniendum non esse. Servavit hoc Tiberius, qui in seditione militari in paucos animadvertit, iuxta illud: poena ad paucos <sup>finis</sup>

timor ad omnes. Valens Imperator paucorum  
animadversione Batavos in officio continuit: mul-  
tis enim poenitentia locus relinquendus est. Clau-  
dius Casar cum in difficultate ammonit in foro  
detentus esset à turba, ac penè fragminibus  
panis instratus nisi evasisset in palatium, nec  
unum puniendum putavit. Cum exorta fuisset  
conjuratio in Octavium Farnesium Pla-  
centid et Parmid Ducem, solummodò convic-  
tos interficere permisit, ceteros, qui accusabun-  
tur, silentio obliteravit. Pompejus Magnus  
cum conjuratos multos indicare, et eorum ad  
Sertorium literas legere potuisset noluit, flam-  
misq; literas dedit.

Amolivi juvenem specie honoris statuit. Tacitus.

Hæc una Aularum speciosa fraus spe-  
cie honoris amovere aliquem, in quem justa di-  
misionis inveniri causa non potest. Duplici  
prætextu fraus hujusmodi exercetur. uno dum  
auctoritas foris et procul ab Aula erexit, re-  
vocandus in Aulam tanquam ibi necessarius.  
sædò cum in aula potentior quam par videatur esse,  
alio honoris prætextu ablegatur. Primâ frau-

430  
de revocatus ab exercitu Germanicus, quod ejus  
nimium cresceret auctoritas. Secundâ fraude  
missus in Asiam, quod nimirum flagrantia ef-  
sent plebis in eum studia. Sic Darius, teste  
Herodoto lib: 5to consilio Magabisi revocavit  
in Aulam Histierum, non quod illo egeret, sed  
quia nimia ejus erat potentia. Sic Arbacio  
svasit Imperatori Constantio, ut Sylvanum, qui  
Dux peditem nimiam auctoritatis videbatur, ad  
Gallias administrandas mitteret; testatur Ammi-  
anus libro 26: prætextus erat, ut isti Barbari in-  
rudentibus resisteret, re verâ autem ut absens fa-  
cilius calumniis obnoxius esset. Ursicinus Magi-  
ster Equitum sub Constantio Imperatore missus  
fuit in confinia Persid, ut ab Aula abisset, ubi  
annis decem fuit. Pari modo Rufinus sub eo-  
dem Imperatore Dux Cohortium Prætorianarum  
missus fuit ad componendam militum seditionem  
et sic prætextus erat: sed consilium ut ibidem  
periret, et periret ut describit Claudianus.

Non dissimulatis filij offensionibus & Tacitus.

Non fidendum esse Principi, qui non dis-  
simulatis offensionibus fingit in gratiam redire  
se

se velle; ars hęc est ad evocandum et postea fat-  
tendum. Secundo ob beneficia recentia non  
obliterari in animis Principum, veterum inju-  
riarum memoriam. Inde Virgilius de Junone  
lib: uno *Aeneidos*:

----- Manet alta mente repatum  
Judicium Paridis.

Et alibi idem:

----- Tandem animis celestibus iras?

Per violentiam incautum sopyn catenis onerat. Ta-  
citus.

Dicere hinc licet non certo fidendum ef-  
se reconciliationi quorundam Principum, ac  
sępę simulari amicitiam et in convivio lętitiam  
ut incauti opprimantur. Antonius Spinola  
cum pro Geneensibus Corsicam gubernaret, da-  
tā fide, ad consilium et simul ad convivium mul-  
tos Corsicorum Principum vocavit, ibiq; contra  
datam fidem caput omnibus ademitt: ita refert  
Fulgosius lib: quo. Alphonsus Arragonius  
Rex Neapolitanus viginti quatuor viros Prin-  
cipes, Duces et Barones, datā fide publicā, ad  
se vocavit, et in gratiam receptos Regid menit  
adhi

adhibuit: ac paulo post, violatā fide, ad eandem  
mensam crudelissimę occidit, eorumq; cadavera  
siccata odoribus repleta, in eo quo Viri fuerant  
habitu, velut de re honesta gloriatus, ostentavit.  
Ferd priusquam sciant, inconditas voces edunt,  
naufragio tempestates precedunt, ante incendia  
fumus apparet, ante ruinas strepitus auditur:  
solus homo blandis verbis atq; signis futura  
fegit.

Pervasio veneni a Pisoni accepti. Tacitus.

Referant Accuratores Pisonem in convivio  
super Germanicum discutuisse, et manibus suis  
cibos eius infecisse. Multi per fraudem misto  
veneno interierunt. Claudius Imperator vene-  
no ab Uxore Agrippina in convivio domestico  
occisus est. Carolus Calvus cum Mantua in  
agritudinem incidisset, perrecto a Medico subdo  
veneno obiit. Vladislavus Rex Apulid cum Flo-  
rentinos bello aggredi constitisset, eorum operā  
veneno suffocatus est. Multi per chartam ve-  
neno imbutam perierunt, alij per fumum ar-  
dentium sędorum: nonnulli per chirothecas, si-  
bi donatas, sed venenatas. Alexander Magnus  
per

per aquam ad temperandum vinum paratam, cui immixtum erat venenum. Augustus fraude Livii uxoris veneno obiit.

Numerate sex liberos. §. Paulus.

Philippus IV in Hispania privilegia varia eis concessit, qui certum filiorum numerum haberent. Multis in locis duodecim filiorum Pater immunitate à tributis gaudet. Hoc loco Germanicus suos liberos ad misericordiam commovendam ostendit.

DOGMATA PRIMA  
EX LIBRO TERTIO ANNAEUM TACIT.

Gravior remediis quam delicta erant. Paulus.

Cavendum esse in Republica, ne remedia delictis ipsis sint graviora. Ita fit, ut in non nullis flagitijs satis sit dedecus proponere aut leviorē poenam, et quandoq̄ unicum remedium est, remedia omittēre. Sic Medici aliquando propter caloris aut frigoris excessum pharmaca aegrotis non porrigunt. Sic Tiberius cum ad  
eum

eum relatum esset negotium de coercendo Romae luxu judicabat praestare, praevaleat et adultia vitia omittēre, quam puniēdo palam facere. Et satis melius esse dicebat improbum hominem non accusare, quam praevicari. Apud Aegyptios cum occidi potuissent qui militiam deseruerant, lex tamen occidi vetabat, sed dedecus summum proponebat, nisi virtute facinus eluerent.

Prædixisse nuper foeminam. Paulus.

Tangit Plancinam Pionis uxorem. Eo sam processerat muliebri impotentia, quæ per factis Legem Oppiarum allarumq̄, quibus cohibita fuerant, vinculis atq̄ reatibus: primo domi, deinde in foro atq̄ iudicijs, imò etiam apud exercitus imperium obtineret. Bene de foeminis scripsit Ovidius perstringendo illarum audaciam:

----- Colung  
- Cape cum calathis, et staminis pallie torque.  
Bella relinque Viris.

Romani tamen olim et alia multa Gentes in casta mulieres deducebant.

Gelliarum fortiter ob magnitudinem doris alieni §. Paulus.  
Una

Una nec perhema rebellionis causa im-  
moderatum tributorum onus. Albius Rex Si-  
vid cum exarsa esset ob graves exactiones sedi-  
tio, cum tota Familia truncata est: ac pal-  
tio incenso, cadaver ejus unco fractum et in  
flumen abjectum. Caligulam Imperatorem  
triginta vulneribus confoderunt. Quisores  
ob tributum etiam edulis impositum. In Fran-  
cia Theodorus Rex cum populum tributo pre-  
meret, de Regno dejectus, teste Bodino. In Sa-  
dovicum Xlman grave bellum Franci exorta-  
runt, ut exactiones averterent. In Ungaria de-  
stitutus a suis fuit Matthias Corvinus cum  
exhausto per bella drario nova vectigalia im-  
poneret. In Belgio cum decimam rerum o-  
mnium exigeret Ferdinandus Dux Albanus,  
totum Belgium turbavit.

Sperni sumptuarium legem §. Tullius.

Augusti legem intelligit. Adhuc lex dili-  
genter olim Romae servata, postea in contem-  
ptum abiit. Ea lex utilissima cuius Reipubl.  
Tiberius Caesar edixit, ne cauponum Romae aliud  
quam

133  
quam legumen atq; herbas venderent, poena pro delica-  
tionibus cibus imposita: ipse famen postea eam  
legem violavit. Mitigatus Pulcher Gallus Rex  
edixit: ne ultra duo fercula in prandio vel in  
coena apponerentur. Carolus X et Henricus  
III ejusdem Regni Reges caverunt edito: ne in  
nuptiis aliisq; convivis plus quam tria fercula  
apponerentur sub poena ducentarum librarum Pa-  
nientium. Dicit Pythagoras apud Stobaeum:  
luxuriam primo Civitates ingredi, deinde satiari-  
tatem, postremo exitium.

Excitari quosdam ad meliora: magnitudine rerum. La-  
citus.

Non insolitum est, quosdam in publicis  
muneribus melius se gerere: refertur hinc cau-  
sa ad ingeniorum capacitatem, quae minora ne-  
gligenter exercent, in majoribus excellunt. Sic Gal-  
ba Imperator cum privatus esset, privato major vi-  
debatur et capax Imperij, factus Imperator non  
respondit expectationi. Unde dictum de il-  
lo quod capax Imperij fuisset, nisi impera-  
set. Pius V cum summo Pontificatu per non videret-  
ur factus Pontifex, omnium opinionem superavit.  
Dogma

DOGMA TA PRIMA  
ET LIBRO QUARTO ANTIQUUM TACITI.

Corpus illi laborum tolerans & Tacitus.

Eleganter suis coloribus ambitosum Aulicum Tacitus effingit in hac Sejani descriptione. Et similitis est illa Catilinae apud Sallustium: Corpus patiens inedia, vigilis, algoris, supra quam cuiusq; credibile animus audax, subdocus, vanus.

Figurari Adolescentes senecta sua impatienter indoluit. Tacitus.

Ex Natura dominationis est, ut nec Pater quidem patri filium dyademem possit. Unde elicitur hoc dogma: cavendum esse in Aulis, ne quoniam praesens quo Principe colere videamus. Idem Tiberius, ut refert lib: 6to Tacitus, cum videret Macronem Praetorid (horis) Duem arcto amicitia vinculo cum Calpurnia devinctum non abdita ambage, occidentem ab eo deserui, orientem spectari exprobravit. Philippus Macedo cum Macedones Demetrium filium ejus frequenter stiperent, agerrime tulit: tertio est Livius lib: 35. Huic

134  
Huic negatus honor gloriam intendit. Tacitus.

Similiter de Helio Lamia Tacitus scribit: ei inquit non permessa Provincia dignationem addiderat. Idcirco, ut refert Plutarchus, Cato Major dicere solebat: malle se ab hominibus exquiri cur Statuam non haberet, quam haberet. Virtus honestat homines, non illius insignia. Horatius lib: 3to:

Virtus, repulsa nequa sordida,  
Intaminatis fulget honoribus.

Sic delatores, genus hominum publico exitio reportum. Tacitus.

Justinianus eos appellat maximum humanae vitae malum execrabiles nuntiatores. Unde cum eos Trajanus Imperator gravissime multatos eiecit, nihil gratius fuit Cuiuslibet idulo dignius) quam quod contigit desuper cecideri delatorum supina ora. Edwardus 1<sup>us</sup> Angliae Rex falsis delationum criminationibus inflammatus, viginti quing; nobilissimos Angliae Barones ad supplicium rapuit, et conjugem suam una cum filio Angliae expulit. Principis proferendi Imperij incuriosus erat. Tacitus.

An Principem debeat nullā amplificandi Im-  
perij cupiditate teneri, dubitari potest. Existi-  
mat Vernulhus omnino posse. Philippus II  
Hispaniarum Rex, procurator in Italia, per sa-  
rolum Vitem Imperio, limites posuit. Sit Lin  
us: parare et godere arduum, sed fieri dif-  
ficilius. Vix unquam pervit Imperium aliquod  
nisi cum aliena attentavit: stultitia proprie  
est, sua perdere ut aliena occupentur. Absent  
hoc amplitudo Regni, ut, dissipatis per longin-  
qua viribus, modere agere et tarde se possit cum  
opus est. Henricus IV Ludovicum Filium  
monuisse dicitur, ut tunc se Regem magnum  
crederet, cum relicta à Majoribus conservaret.  
Non immerito Alexandrum Magnum Augu-  
stus mirabatur quod godere scivisset, non  
conservare. Heraclides etiam Romanis suadens  
ut Imperij sui terminos ponerent in Europa, di-  
cebat: pacari singula acquirendo facilius po-  
tuisse, quam universa tenere posse. Horatius Mi-  
nenses, Aethiopes et alij Barbari tantum tue-  
ri student, non amplificare.  
Ego me Patres conscripti mortalem esse existimo. Tacit.  
Taliu

135  
Salutaris huius in Principibus cogitatio: i-  
deo Severus Imperator, auctore Dione, urnam  
sibi parare voluit, in qua sepeliretur, quam  
crebro manibus contretans, dicebat: Tu Vivum  
capies, quem totus orbis capere non potuit.  
Maximilianus Imperator urnam auri li-  
quid viatoris inclusam semper circumferbat,  
quodam ires.  
Interdum voces procedebant contumaces, et incon-  
sultas. Tacitus.

Documentum huius pro dicitur est, ut quan-  
quam de Principe congruendi occasionem grandis  
habeant, abstineant tamen à vocibus incon-  
sultis. Ratio: quia Princeps custodes et explo-  
ratores habet, qui deferunt. Vulgo dicitur: nul-  
ta Regum aures sunt. De iis providè simile,  
ut inquit Cicero loquendum est, vel potius certe  
silendum. Nec refert se inter Amicos esse ut pu-  
tas, nam inter amicos, tanquam inter medios  
hostes vivendum est: teste Philosopho.  
Nallam agere Tiberies, ut rebatur, ex virtutibus  
suis, quam deformationem diligebat. Tacitus.  
Multa

Multa sunt dissimulanda potissimum  
in Imperio: ubi multa non videre oportet quod  
videntur, non audire quod audiuntur. Et se-  
cundum Publum: etiam oblivisci quod suis in-  
terdum expedit. Porro dissimulare nihil al-  
liud est, quam temporibus quodcumque servire, et  
hominum moribus sese accommodare. Sunt  
tamen occasiones, in quibus dissimulare non  
oportet. 1<sup>o</sup> in Religione, hic enim omnis  
fictio perniciosa est. 2<sup>o</sup> in contractibus. 3<sup>o</sup>  
dum circumstantia vana et graves dissimula-  
tionem excludunt. In rebus publicis dissimu-  
lare licet, salva tamen reverentia et Maje-  
state virtutis. Dissimulare multa oportet in  
Reipubl. administratione dum offensio est: In  
conjuracionibus, quia ut ait Tacitus: saepe  
insidiarum remedium est, si non intelligantur.

#### DOGMAHA PRIMA

EX LIBRO QUINTO ANNALIUM TACITI.  
Tiberium acerbis facibus irridere solitus. Tacitus.  
Ridere, socrari, ludere cum Principibus  
res

res sunt periculosae. Abstinerere etiam subtilius debet  
ab aperta adulatione: nam Principes haec laudi et  
videri se putant.

#### Mansere infensi ac minitantes. Tacitus.

Nihil perniciosius in Republ. quam Magistra-  
tum discordia. Unde Aristides ob discordiam quam  
habebat cum Themistocle, dicebat Republ. Athe-  
niensem nunquam incolumem futuram: nisi se et  
Themistocle in barathrum coniectis. Valerius  
ait lib: 4to, cap: 2do: Non oportere eos privatis  
odis disfidere, qui publice summam juncti essent  
potestate. Quintus Fabius Maximus, censu-  
ra et duobus Consulatus simul gestis, exper-  
tum se esse dicebat: Nihil concordis Collegio esse  
firmius ad Republ. emendam atq; propagandam.

#### DOGMAHA PRIMA

EX LIBRO SEXTO ANNALIUM TACITI.  
Abditos Principis sensus, et si quod occultius pa-  
rat, exquirere illicitum ancepit. Tacitus.

Nulla major stultitia sapientia esse potest,  
quam de Principis sui secretis nihil intelligere vel-  
le

le. Verè dixit Tacitus lib: 1mo Historiarum: tam  
nescire quiddam, quam scire oportet. Lysimachus  
Rex cum Philippiadem comicum Poëtam clarissimum  
et familiarissimum haberet, ut illi liberalitatem  
suam offerret identidem dicebat: quidquid vis im-  
periam tibi rerum mearum. Cui Philippiades re-  
spondit: quidcumq; voles, modone arcum quidpi-  
am.

Isidem Consulis gravitate annond ad seditionem  
ventum. Tacitus.

Popularis tumultus non exigua causa est  
gravitas annond. Exemplum præbet Libertas Ro-  
mana, cui summa annond cura semper fuit: ex  
Africa, ex Egypto, aliisq; Provinciis frumentum  
Romam debebatur ad alimenta civium. Ideo  
Lucanus ait:

----- Nescit plebs jejuna timere.

Fama occisi falso credita, exterruit Perthes, vi-  
ctoriamq; concessere. Tacitus.

Solam Ducis mortem exeruit toti exitum  
adferre plerumq; manifestum fit hoc exemplo Per-  
thorum. Occiso Ludovico Ungaric Rege in pugna  
contra

137  
contra Solimanum Turcarum Imperatorem, o-  
mnes fugam arripuerunt. Minè occultandum est  
Ducis corpus si forte prælio occidatur, ne, animad-  
versâ ejus morte, milites vel diffugiant, vel succum-  
bant. Cum bello Tarentino Pyrrhus laesus fuisset  
ita, ut exportari ex acie deberet, constitit in  
loco suo militem eadem veste, eodemq; cultu, ut  
Pyrrhus ipse videretur: et sic victoriam per su-  
os obtinuit.

Veritatis, cui adulatio officit, per probra saltem gra-  
vius fieri. Tacitus.

Sæpi Reges ab his, qui probra obiciunt, veri-  
tatem audiunt. Sic Antiochus Rex Asid, ut est  
apud Plutarchum: cum inter venandum aberrans  
in casam pauperis Rustici ignotus introisset ibi-  
dem coenavit, et cum inter coenandum injecta de  
Rege mentio esset, Rusticus Regem esse dixit Vi-  
rum bonum, sed propter nimis venandi studium  
Regni negotia negligere, improbis amicis multas  
dignitates conferre, ad eorum facta, convivere. Un-  
de Rex Ministris dixit: veritatem heri demum in-  
tellexi. Cum Varus apud Augustam Casarem li-  
bertate vera dicendi, et non a presentatione veretur, eo

eo mortuo dixit: idcirco potissimum se dolere,  
quod iam non esset, à quo verum audiret. Lu-  
dovicus XI Franciscus Rex dicere solebat in bu-  
la sua abundè omnia reperiri, unum tamen de-  
esse: et cum quidam quidnam esset scrutare-  
tur? Veritas inquit.

Urbe in decem annos prohibita est, donec minor  
filius lubricum iuventutis exiret. Tacitus.

Laudanda hic Magistratus Romani pru-  
dentia, quod, corrupto uno filio Matris asperita-  
tionibus et luxu, ne alter eodem modo deprava-  
retur, Matrem abesse decennio iussit. Inter  
Leges duodecim Tabularum apud Romanos  
hæc una erat: quicumque civis Romanus intra  
vel extra Urbis pomerium habet, filium de-  
cem annis majorem severe habeto.

Sic Tiberius finivit. Tacitus.

Tiberij hæc artes erant: primo diversissimo  
sermone utebatur, negando quod desiderabat, an-  
nuendo quod odio habebat; iratum se fingebat,  
cum minimè irascereur, de quo animo esse, cum  
ma

maximè indignaretur. Quos ad supplicium desti-  
nabat, misericordiam ostendebat illis, infensum se  
illis, quos veniam prosequeretur. Inimicissimos vul-  
tu benevolò intuebatur, amicissimos adeno. Prin-  
cipis animum nemini cognitum esse dicebat: idcirco  
qui ejus sententiam assecutus, deprehendebatur, in  
mortis discrimen veniebat. Summa difficulta-  
tis erat ejus dictis assentiri, vel refragari: cum  
aliud fieri vellet, aliud juberet. Libonem res no-  
vas molientem celerrimè oppressit & c.

DOGMATA PRINCIPALIA  
EX LIBRO UNDECIMO ANNA-LIUM TACITJ.  
Vitellius commemoratà vetustate amicitia. Tacitus.

Consultabatur super absolute Valerij  
Asiatici Vitellius sententiam dicturus, mirifice  
eum extulit, ac postea liberum ei mortis arbitri-  
um persuasit. Quo exemplo discendum est eam  
esse multorum aulicorum fraudem, ut tum ma-  
ximè laudent, cum calumniari volunt: eaq̃ fraus  
frequentissima in aulis est. Polybius lib. 4to ait:  
Novus inquit modus calumniæ inventus est, lau-  
dando famæ ac commodis hominum insidari. Un-  
de

de Tacitus in Agricola: pessimum ingruit inimi-  
corum genus, laudantes. Non ignorabat has au-  
ticas technas Alphonsus Rex Neapolitanus, qui  
cum videret quendam Nobilem profusorem esse in  
laudes accerni cuiusdam inimici sui, monēbat inti-  
mos suos, ut nobilis istius artem observarent, fe-  
re enim ut ille brevi invidias strueret: quem ad-  
modum vix elapsis sex mensibus evenit, ut refert  
Panormitanus.

Ac ne etas quidem distinguebatur, quin prima ju-  
venta Consulatum et Dictaturas inirent. Tacitus.

Tullius, Decius, Porcius multiq; alij  
ut Africanus et Flaminius admodum adolescen-  
tes consulati facti, tantas res gesserunt, ut Populi  
Romani Imperium auxerint, nomen ornaverint: sunt  
tamen aliqui, qui non nisi Senes dignos honore Im-  
perio faciunt. Unde Baldus dicit: plus valet  
umbra Senis, quam eloquentia vel gladius iu-  
vens. Plutarchus autem dicit: Iuventus im-  
perata faciat, Senectus imperare debet.

Tum primum fortunam suam introspevit. Tacitus.

Fatuus vere est, qui vicissitudinem fortu-  
nae

439  
nae tum demum agnoscat, dum iam in laevum aut scurrum  
incidit. Unde unumquemq; debere animum suum pra-  
eparare ad omnes fortunae adversitates, non minus  
quam ad prosperitatem tolerandam egregie.

### DOGMATA PRAEPTIVA

EX LIBRO DUODECIMO ANNAEUM TACITI.

Ut Domitij pueritia tali magistro adolesceret. Tacitus.

Principes dare operam debent, ut quam primum  
Filiis suis de Praeceptoribus dignis provideant; si-  
quidem ut ait Virgilius saepe lib: Georgicorum:

- - - Nam adeo à teneris absvescere multum est.

Philippus Macedo eo die, quo natus est ei Alexan-  
der Magnus, Gellio teste, scripsit ad Aristotelem.  
Philippus Aristoteli salutem dicit: Filium mihi ge-  
nitum scito quod eundem Diis habeo gratiam, non  
proinde quod natus est, quam pro eo, quod cum na-  
sci contigit temporibus vita tua. Spero enim fo-  
re, ut educatus eruditusq; a te dignus existat, et  
nobis et rerum gestarum succursione. Achilles  
Instructorem habuit Chironem Senem, Alcibiades  
Lopyrum et Socratem. Carolus V. A-  
drin

drianam Sextum postea Pontificem; et pueri tenacissimi sunt eorum, quod à teneris unguiculis accipiunt.

Ferenda Regum ingenia, neque usui crebras mutationes. Tacitus.

Ea debet esse Subditorum in Reges observantia, ut dum legitimam auctoritatem constituti sunt, eorum mores patienter ferant. Neque propterea Dominorum mutatio usui esse potest, quia saepe malo deterior succedit. Annum quandam Syracusanam Historici referunt extrema in senectute profundè Deos rogare solitam, ut Dionysium Tyrannum diu incolumen servarent, quem omnes alij propter crudelitatem omnibus maledictis proscindebant. Accersita ergo à Dionysio et interrogata, cur sola id faceret? unam inquit Tyrannum puella vidi, quo liberari cum aliis cupiebam, eo interfecto, longè deteriorem Matrona experta sum: hoc quoque sublato, tertium te vetula aspicio duos alios longè immanitate superantem. Itaque metuo omnino, ne è vivis te exempto, quartus ali-

quis omnium nobis succedat. Et novus Rex, nova Lex. Periculosas esse mutationes in damno suo docuerunt Romani, qui cum occidissent Julium Caesarem, in Triumviros seu potius tres Tyrannos inviderunt.

Is modicum Hyberid Regnum senecta Patris detineri ferocius crebriusque jactabat, quam ut cupidinem occultaret. Tacitus.

Rhadamistus Pharasmanem Patrem diu regnantem non ferebat. Adolphus Arnaldi Ducis Geldrid Filius longam Patris vitam molestè ferens, arma primò in ipsum movit, tum Ducatu exiit, et in vincula conjecit.

Ut studiis honestis, et eloquentia gloria nitesceret. Tacitus.

Eam operam Agrippina dedit, ut Nero Filius à Claudio Caesare adoptatus studiis honestis formaretur, et eloquentia potissimum excelleret. Existit tamen unus Ferdinandus Gonzaga, qui bonum Duce[m] literatum esse non debere affirmabat.

Dignata.

DOGMATA POLITICA

EX LIBRO DECIMO TERTIO ANNALIUM TACITI.

Calare et pingere, cantus aut regimen eorum exercere, et aliquando carminibus in se sibi elementa doctrinae extendebat. Tacitus.

Studia quae privatorum sunt, non ita Principes decent. Unde cum Philippus Macedonum Rex diu cum peritissimo Musico disputasset, et se vicum sateretur: avertant Diij inquit ille Musicus, ut tu Rex tam periti atq; ego de arte nostra diseras.

Pleraq; in summa fortuna, auspiciis et consiliis, quam felix et manibus geni. Tacitus.

Nullus hostium sapientius vicit Romanos quam Hannibal, sed astu et consilio potius, quam ferro. Leopardus inquit vivibus cum leone congressus, in spelunca sua, cuniculum utriusq; latum ad ingrediendum et egrediendum, in medio autem angustum parat: unde cum in congressu simulavit fugam, leo insequens sic angustiis intercipitur, ut cum nec progredi nec regredi possit. Leopardus eum

a tergo

a tergo dolo distentum dicebat.

Ut fama inseriret, quod in novis cogitis validissima est. Tacitus.

Corbulo inter alios sub Augusti Duce excelentissimus, cum a Nerone ad Armeniam reverendam missus esset, statim egregia facinora aggressus est. Ex quo Politicum documentum eruitur, debere unumquemq; cum aliquid aggredi vult, id imparis agere, ut periculam Nominis sui existimationem consequatur. Inde proverbium illud: acquirere existimationem, deinde sedere. Existimatio enim Nominis, quod ab aliquo bono principio originem trahit, mirabiles omnino effectus parit. Pompejus Magnus sola Nominis sui Majestate plus efficebat, quam armorum terrore. Unde cum Julius Caesar illum aetate obsidione cingere conaretur, inter causas alias hae erat praecipua, ut Pompeij auctoritatem, quae ille maxime apud externas Nationes uti videbatur, minueret.

Ope Seneca dignationem Burrho retentam. Tacitus.

In periculo Dignitatis amittendi Burrhus erat, sed Amici Seneca ope servatus. Ideo sudesere prudens aulicus debet, ut bonos in aula a-

mitat

micos habeat: ut eorum ope gratiaq; opus o-  
pus fuerit, retineatur. Apud Scythas is dilectissimus  
habebatur, non qui plures opes, sed amicos possi-  
debat. Ideo dicebat Socrates: nullam esse pre-  
tiosorem possessionem vero amico. Mithridates  
Rex Ponti quanto faciendus esset Amicus, tunc  
testatus est, cum pro unico Leonico amico à  
Rhodiis navali pugna capto omnes hostes capti-  
vos, qui plurimi erant, numero permiscuit. So-  
crates monerat divites, ut sicut gregibus canes  
parantur, ita suarum opum custodes amicos pa-  
rarent.

### DOGMA TA PRISTIA

EX LIBRO DECIMO QUARTO ANNAJUM TACIT.

Ipse diversa simulatione moestus, et quasi inco-  
mmitati sub intersus. Tacitus.

Qui male sibi conscius est, quicquid experiri  
potest. Cicero pro Milone: magna res est con-  
scientia poenam ante oculos semper versari,  
putant qui peccaverunt. Et nihil verius illo  
Polybij: Nullus neq; testis tam formidabilis, neq;  
iudex

tam gravis, quam conscientia, quae mentibus cuiusq;  
insidet atq; inhabitat. Xenophon lib: 5to ait:  
pudor et conscientia potissima sunt, certissimaq;  
facinorosorum flagella. Saligula nunquam tri-  
bus horis quiescere potuit, ad minima sonitus ca-  
pit obvolvebat, ad majora, se è strato prorsu-  
ebat et sub lecto latitabat, teste Svetonio. Ale-  
xander Magnus, occiso filio, tantus animi cruci-  
atus sustinuit, ut sibi manus illatusus fuisset  
nisi Anaxarchus impedivisset, ut videre est apud  
Justinum. Id vero hic maxime observandum vel  
ob solam sceleris conscientiam à scelere abhorren-  
dum esse.

Etiam sapientia Doctoribus tempus impertiebat  
post epulas. Tacitus.

Carolo Magno grandaevi vel cenanti Hi-  
storid legebantur, et antiquorum Regum gesta  
scribebat Aventinus. Augustus ipse quoq; tempo-  
re, quo barba illi radebatur, sibi prolepti aliquid  
curabat, aut ipse legebat. Laudabilis illa consue-  
tudo apud quosdam Principes, qui inter ipsas  
epulas audiunt sapientia, et bonarum artium  
Magi.

Magistros. Claudius V Imperator coenam sibi suavissimam esse dicebat cum viris doctis esse.

Penuria apud, feruida ardas, longinqua itinera sola Ducis patientia mitigabantur, eodem plura, quam gregario milite tolerante. Tacitus.

Antonius Imperator, teste Herodoto, cum militibus semper pedes incedebat, militari mensa utebatur, suam hastam ipse ferebat. Eodem modo Artaxerxes, teste Plutarcho, ante copias suas pedes incedebat. Alexander Magnus, ut est apud Curtium, ex egro descendebat ut glaciem frangeret, aut per nivem viam faceret. Pulchra laus Trajani apud Plinium: Cum tecum irrediam, tecum ferrent sitim.

Et familiaritatem ejus magis aspernante scire. Tacitus.

Cum Princeps Aulicum aliquem, quem in consuetudinem admiserat et familiaritatem, persequitur odio, vel potius consuetudinem illius aspernat: signum est Aulicum illum gratia peritus excidisse. Id accidit Seneca, pro nemo gratior Neroni

Tantum

Tantum bonorum atque operum in me cumulasti ut nihil felicitati meae desit, nisi moderatio ejus. Tacitus.

Documentum eximium quod moderanda est felicitas: nam quando felicitati moderatio deest, maximum est a felicitate periculum, dum illa aut insolentem animum reddit, aut sui oblitum. Horatius lib. 3to ait:

--- Bene ferre magnam  
Disce fortunam.

Graviorum facinorum ministri quasi exprobrantes aspicuntur. Tacitus.

Qui operam suam Principibus ad scelera praestant levi apud ipsos primo in gratia sunt, postea in graviore odio. Exemplum hic est in Aniceto, cujus opera cum usus esset Nero ad Matrem occidendam et Octaviam uxorem regellendam, postea illum in Sardiniam exulit. Eodem modo Caesar Borgia cum ministrum suae crudelitatis habuisset Ramirum, eundem postea mori coegit sanguinem crudelium facinorum auctorem. Id si mente revolverent inarchi et scelesti, nunquam in sceleribus pro Principe patrandis operam suam exhiberent.

Dignata.

DOGMATA POPULI  
ET LIBRO DECIMO QUINTO ANNAIUM TACITI.  
Addita modesta fama, quae neq[ue] summis mortalium  
spernenda est, et à Dijs destinatur. Tacitus.

Nihil decere amplius summos viros potest, quam  
modestia. Hinc Claudianus dicit in Consulari Honorij:

Inclinat populo regale modestia culmen.

Cajus Marius Consul cum ei duplex triumphus deoeretur  
notuit solus sed cum collega Catulo triumphare. Et hinc  
modestia gratiorem illum Romanis fecit.

Corbulo meritis suis per annos gloriam, non ultra peri-  
culum fuerit. Tacitus.

Dux prudens rebus secundis per multos an-  
nos usus, non debet temere gloriam longo tempo-  
re godditam in periculum adducere. Carolus V Impe-  
rator veritus fortunae mutationem cum toties il-  
lam secundam expertus esset, et jam sibi  
gloriam satis peperisset, omni rerum administra-  
tioni sub finem anni renuntiavit et sibi fan-  
tum vixit. Quippe fortuna nemini perpetuam fe-  
licitatem promittit.  
Seniocrati Casari proprio Duce opus esse, qui Ar-  
mensiam defenderet. Tacitus. *Alia modo.*

144  
Hoc modo docuit Corbulo non facile uni-  
cuncta regenda committi debere, dum ipse à Ne-  
rone petiit, ut proprius Dux mitteretur. Apud A-  
thenienses fuit quidam Melichus, qui cum se in  
omnia munia publica intruderet, vulgò Tabu-  
la factus est, et de illo passim cantabatur: Me-  
lichus est Dux Adilis, pistor, omnia. Eodem mo-  
do apud Athenienses Thimesias, qui cum omnia  
officia appetere, incidit in summum populi odium:  
Vir alioquin bonus.

Leges egregias, exempla honesta apud bonos ex de-  
lictis aliorum gigni. Tacitus.

Haec vulgò dicitur: ex malis moribus bonae  
leges nascuntur. Cordius lib. 3to Fastorum dicit:

Indè datae leges: ne fortior omnia possent.

Cicero in Vatinius inquit: à Majoribus nostri  
nulla alià de causa leges sunt inventae, nisi ut  
suos fides incolumes conservarent.

Inq[ue] eam praedam etiam Dijs cepere, spoliatis in  
Urbe templis. Tacitus.

Eo usq[ue] Nero prodigalitate sua proventus  
est, ut praeter extorsiones pecuniarum et vastati-  
ones Provinciarum Tergata etiam spoliaverit. Obi-  
ciat

ciebat olim cavillando Casar Pompejo, quod ad bellum contra se gerendum pecunias ex Fano tolleret. Iose cum Gades pervenisset, pecunias, quae ex Fano Atraculis collatae erant, referri in Templum iussit.

Cupido dominandi cunctis affectibus flagrantior est. Tacitus.

Natura Mortalium avida Imperij est, inquit Sallustius. Vetus ac jam pridem insita Mortalibus potentia cupido, ait Tacitus. Et mortuo fortissimo Polonorum Rege Stephano Battoni, cum per Legatos suos in Comitatu ageret, ut in Regem eligeretur Han Tartarorum, vereretur autem, ne propter Religionem repulsam pateretur: tuus inquit Pontifex, mihi Pontifex esto; tuus Lutherus, meus Lutherus esto.

Saepe asperis facetijs illusus; quod ubi multum ex vero traxere, acrem sui memoriam relinquunt. Tacitus.

Facetia quando vera sunt, nimium pungunt, et cavere debent Aulici, ne cum Principibus jocentur suis.

DOGMA TA POLITICA  
EX LIBRO DECIMO SEXTO ANNA QUM TACITUS.  
1144

Nihil iose de Thrasea scripseris, disceptatorem Senatum nobis relinque. Tacitus.

Haec regula est, ut quae grata sunt Principi sua manu aut voce conferant; in suppliciis autem irrogandis ac subditis damnandis nihil ipse loquantur aut decernant, sed Senatum, aut iudices disceptatores relinquunt. Priori actione subditorum amorem sibi augent, posteriori odium vitant. Hinc vero causam Thraesed cognoscendam, et ejus damnationem Senatus reliquit.

DOGMA TA POLITICA  
EX LIBRO PRIMO HISTORiarUM TACITUS.  
Inauditi atq; indefensi, sanguinem innocentes perierunt. Tacitus.

Omnino sanguinem innocens ceneretur, qui inauditus et indefensus condemnatur: nam ut ait Seneca in Medea:

Qui statuit aliquid parte inaudita altera,  
Egum licet statuerit, non egum fuit.  
Fuit Lottarij et Imperatoris symbolum: Audi alteram partem. Hesiodus ait: Iudicium non

non anteferas, quam audiveris ambos. Alexander Magnus cum in causis praesertim capitalibus Iudex sederet, sinistra manu aurem dextram occludebat, significans hoc gestu se unam quidem aurem actori praebere, alteram vero integram reo servare. Leges Lycurgi eos pro innocentibus haberi jubebant, qui auditi non essent.

Mortem omnibus ex natura aequalem oblivione apud posteros vel gloria distingui. Tacitus.

Aliqui enim ita moriuntur ut nemo eos vixisse sciat, alij ita e vita decedunt, ut semper vivere videantur: illos oblivio sepelit, hos perpetua gloria vivere semper facit. Et propter hanc gloriam quae apud Posteros est, tot labores, tot studia, tot pericula suscipiuntur. Praelare monet Sallustius: omnes homines, qui sese student praestare ceteris animalibus, summam ope niti deat, ne vitam silentio transeant, veluti pecora. Epaminondas sum primum mortem libenter subit, cum victoriam penes Thebanos suos esse, et penes <sup>se</sup> suam

146  
suam clypeum manere intellexit. Ha praelari Viri distinguere gloria ab aliis etiam in morte volunt.

Consilij quamvis egregij, quod non ipse offerret inimicus et adversus peritos pericula. Tacitus.

Pessimi sunt ij, qui alieno consilio uti nunquam volunt, et dare plausum aliorum sententia: quasi de eorum honore actum esset, si alienam sententiam amplecterentur, et aliquid ignorare viderentur.

DOGMATA PRIMA  
EX LIBRO SECUNDO HISTORIARUM TACITI.

Cui cauta potius consilia cum ratione, quam prospera ex casu placerent. Tacitus.

De Svetonio Paullino haec dicuntur, qui non eventu consilia metuebat, sed ratione. Observatio haec Politica utilissima est Ductoribus Exercituum et Senatoribus.

Satis cito incipi victoriam ratus, ubi provisum foret, ne vincerentur. Tacitus.

Nunquam Ducem inire pugnam debere, nisi

nisi de victoria quodammodo certus esset. Lauda-  
fissimus hac in parte antea Dux Exercituum  
Polonum, postea Rex Joannes III fuit, qui nun-  
quam instruebat praelium, nisi bene perspectis  
Turcarum et Barbarorum viribus et apparatu:  
moraliter certus de victoria et triumpho.

Fortes et strenuos etiam contra fortunam in-  
sistere spei. Tacitus.

Verè fortis animi est, quodcumq; se of-  
feret fortuna ire contra, et insistere spei. Se-  
neca in Oedipo:

Haud est virile, terga fortunæ dare.

Florus lib: 4to, cap: 800: Magnæ indolis signum  
est, sperare semper. Seleucus fratri suo in  
malis querenti dicebat: non deponas querimo-  
nias frater propter acerbitatem malorum, sed  
quia mala ipsa ferre patij nescis.

Imperium cupientibus, nihil medium inter  
summa aut præcipitia. Tacitus.

Julius Cæsar, ut refert Plutarchus, cum  
Ponti

147  
Pontificatum peteret, dixisse Matri dicitur: hodie  
me aut Pontificem, aut exulem videbis.

### DOGMATA PRIMA

EX LIBRO TERTIO HISTORIARUM TACITI.

Sed cecidisse in irritum labores, si præmiis peri-  
culorum soli absqueantur, qui periculis non af-  
uerint. Tacitus.

Si sunt remunerandi seu præmiis seu hono-  
ribus, qui periculis se exponerunt: iustitiam di-  
tributivam ordo id postulat. Dixit Euripides in  
Hecuba: multas Republicas idè perire, quod  
qui bonus et strenuus est vir nihil plus, quam  
ignavus ferat præmij.

Esse adhuc Vitellio vires ambiguas, si deliberarent,  
acres si desperassent. Tacitus.

Documentum nunquam hostes ad despera-  
tionem adipendos esse, seu hosti nunquam impo-  
nendam esse pugnandi negligentiam. Scipio Affri-  
canus dicere solebat: hosti fugienti non modo  
viam concedendam, sed etiam sternendam. Lo-  
crenses quondam suorum millibus centum tri-  
ginta

ginta millia hostium vicerunt: nec alia causa  
victoriae fuit, quam quod desperaverunt, ut ait  
Justinus lib: 20. Nempe pugnandi necessitas  
sape certam victoriam in cladem commutat. Non  
est etiam pertinaciter instandum fugienti, ne for-  
tius ex necessitate resistat: ut ait Frontinus  
lib: 5to: Stratagematum sublata spe venid,  
pertinacia accenduntur.

### DOGMA TA POLITICA

EX LIBRO QUARTO HISTORIARUM TACITI.

Novum imperium inchoantibus, utilis demen-  
sit fama. Tacitus.

Non dum victoria, iam discordia erat. Tacitus.

Præterum libertas et speciosa nomina prætexun-  
tur. Tacitus.

Omni bus libertatis amor est innatus.  
Lacron quidam interrogatus quid suisset? R. li-  
ber esse. Servitus tamen et libertas si mo-  
dum excedat, utraq; mala est, si modum obser-  
vet, utraq; bona. Titus Cornelius, ut est  
apud

148  
apud Livium lib: 24to in publico Brinthis con-  
ventu Græcos monebat, ut libertate modice  
uterentur. Claudianus inquit.

-----  
Nunquam libertas gratior extit,  
Quam sub Rege pio.

Occidentorum annorum fortuna disciplinæ  
compages hæc coaluit: quæ convelli, sine exitio  
convellentium, non potest. Tacitus.


### DOGMA TA POLITICA

EX LIBRO QUARTO HISTORIARUM TACITI.

Agros villasq; intactas arte Ducum sinebat. Tacitus.

Hæc ars Ducum est, agros et villas Ducis  
hostium non tangere, ut Ducem in suspicio-  
nem adducant. Hæc usus est Cerialis in-  
tactos relinquendo Civis agros. Usus etiam  
Annibal cum omnia ferro et igne in Italia ex-  
cinderet, secundum Fabij Maximi immunem  
esse sumpsit.

Finis Partis primæ.  
LAUS. SOLI DEO.



PARS 2DA  
DOGmata POLITICA  
EX CASSIODORO  
SENATRE RAVENNENSI  
DESUMPTA CONTENENTIA

EX LIBRO PRIMO.

Omni Regno desiderabilis debet esse tranquillitas: in qua et Populi proficiunt, et utilitas gentium custoditur. Adde est enim bonarum artium decora Mater, hinc mortali genus reparabili successione multiplicans, facultates protendit, mores excolit.

Pax.

Regnum vestrum imitatio, vestra forma est boni proprii, unici exemplar Imperij, qui quantum vos sequuntur, tantum gentes alias antemur.

Principes.

Romani Regni unum velle, una semper opinio sit.

Concordia.

Omnium profectio capax, potest esse meritum, qui iudicem cunctarum meruit habere virtutum.

Honor.

Qui a nobis provehitur, principis et plenus meritis estimatur.

Idem.

Egisti te per cuncta iudicem totius erroris expertem, ne invidia quovis deprimens, nec gratia blandiente seclinans.

Judex.

Quod aliis est premium, sibi sit retributio meritum.

Meritum.

Non fragili felicitate proventus, Fortuna ludo ad apicem fascium repentinis successibus evolavit. Sed, ut crescere virtutes solent, ad fastigium principis conscendit gradibus dignitatum.

Honor.

Vixit tantam continentiam, ut dignitatem et instrueret mo-  
ritis.

Judex.

nitus, et doceret exemplis. (Facilis enim recti perorator  
est innocens iudex: sub cuius predicabili conuersione  
pudet moris probabiles non habere).

Honor. Nullo, ut plerisque moris est, elatus favore Fortuna, in  
cothurnum se magna potentatis erexit, sed aequitate  
cuncta moderatus, gratiam nostram in se non red-  
didit odiorum.

Virtus. Fuit, ut scitis, dandi auidus, accipiendi fastidiosus, de-  
testator criminis, amator aequitatis.

Familia. Antiqua proles, laudata progenies, cum togatis clari,  
inter viros fontes eximij.

Natus. Erigebat constantia sua partes: nec imbelles sunt ore  
diti, qui Legatis salibus videbantur armati.

Beneficentia. Omnium ad se animos attrahebat: ut qui libertatis iure  
non poterant subditi, viderentur magis continuis bene-  
ficiis suaviter oblegari.

Lites. In immensum trahi non decet finita litigia.

Princeps. Decet Principem curare, quod ad Reipublicae spectant  
augendam.

Protectio. Cordi nobis est, cunctos in commune protegere, sed eos  
maxime, quos sibi proximis defuisse.

Rex. Tuta est conditio subditorum, ubi vivitur sub aequitate  
te Regnantium.

Invidia. Quicquid ex invidia dicitur, veritas non putatur.

Nati

Nati sunt fasces ex fascibus.

Spera quodammodo dignitas in penetibus vestris laeta  
potuit, et domesticum, factum est publicum deus.

Elaborata sunt longa aetate vestri generis dignita-  
tes, quod nobilissimo quodam habitaculo, sacris in ve-  
stra posuere Familia.

Nam autem te universa facto agmine comitantur,  
ne desit unum, quod predicatur in pluribus.

Eligetur in te nasceri laus, vivendi gloria, et cum mul-  
ta trahas ab antiquis, meruisti placere de propriis.

Dignitas, dum ad incognitum venit donum est: cum  
ad expertum, compensatio meritorum.

Esto innocentia templum, temperantia sacrum, a-  
qua iustitia.

Quodammodo videtur occasio homines in delictum trahere.

Res proliorum bene disponitur, quoties in pace tractatur.

Omnia subita probantur incauta.

Decet regalis apicis curam, custodire concordiam: quoni-  
am ad laudem Regnantis trahitur, si ab omnibus pax a-  
metur.

Quid est quod nos melius predicet, quam quiescit populus,  
concordi Senatus, totaque Reipublicae morum honestate vestra.

Laborem non refugit, qui virtutis gloriam concupiscit.

Debet.

Honor.

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

Virtus.

Occasio.

Dispositio.

Consilium.

Concordia.

Virtus.

Laborem.

Exemplum bonum. Debet de talibus viris esse cura principua, qui dare possunt sunt minoribus evidenter exempla.

Educatio bona. Quod in pueritate non discitur, in maturna etate ne scitur. Accipitres ipsi, quorum victus semper ex perdita est, foetus suos novitate narrantes, nidis perhibent, ne molle otium conseruant: alii verberant immorantes: cogunt pullos teneros ad volatum, ut tales debeant existere, de quibus possit pietas materna persuadere. Vos autem, quos et natura erigit, et amor opinionis exacuit, studete tales filios relinquere, quales vos constat Patres habuisse.

Conservatio rerum. Nil prodest initia rei solidare, si valebit praesumptio ordinata destruere. Illa sunt enim robusta, illa diuturna, quae prudentia incipit, et cura custodit. Atque ideo non minor in conservandis rebus, quam in inveniendis adhibenda cautela est. Quia de initiis praedicationis debetur inventio: de custodiis autem acquiritur laudata perfectio. Antiqui Principes nobis merito debent suas laudes, quorum fabricis dedimus longissimam pueritiam: ut graviora novitate reluceant, quod iam fuerant vetustata senectute furcata.

Invidia Publicum bonum. Lucrum cum invidia periculum est. Quia enim gratius, quam videre crescere publicum deum, cui, ubi omnium utilitas, in generalitate concluditur.

Datur plerumque, quod majori utilitate recipitur. Et frequenter homo lucra sua complectitur, cum necessario pro temporis qualitate largitur.

Berignus Princeps est, non tam delicta velle punire, quam tollere: ne aut acriter vindicando extimetur nimius, aut leviter agendo putetur improvidus.

Interit inter splendorem vestram, moresque medicos, refugite tales familiares, qui sunt injuriam non ministri: qui honori vestro nitantur adscribere, quod delinquunt, et dum levitates suas asperere cupiunt, vestram reverentiam implicare contendunt.

Culpa legibus, non per praesumptam coercetur injuriam. Quid enim discrepat a peccante, qui se per excessum nititur vindicare? impenitenda est ultio, quod de legibus venit: et excellenter videtur de pulsato triumphasse, qui victor pronuntiatur a iudicio.

Inter adversarios non erant prius armata certamina: sed pugnis se qualibet ferocia lacepsabat intentio. Unde et pugna nomen accepit. Postea Belus ferreum gladium prius produxit: a quo et bellum placuit nominari.

Non permittatis a famulis vestris fieri in civibus, quod adhuc debet in hostibus accusari.

Convitia nec gaudium pariant, nec de libitibus procreant.

Tributa.

Princeps bonus.

Familias.

Privata ultio cavenda.

Pugna unde dicitur.

Famuli.

Convitium.

Honori.

Honor. Honori debet animum exquirere: ut quod nostris adeptus  
es Beneficium, tuis meritis invenisse credaris.

Beneficium. Non est beneficium, quod praestatur incitis: nec cui  
quam videtur utile, quod adversa voluntate conceditur.

Militaris  
caerentia. Discat miles in otio, quod proficere possit in bello.  
Animos subito ad arma non erigunt, nisi qui se ad  
ipsa idoneos, praemissa exercitatione, confidunt. Ge-  
stiant vituli certamina, quae impleant atate in-  
busta. Catuli in novellis venationibus ludunt.

Principia. Primordia cuncta pavida sunt: et aliter timiditas  
non tollitur, nisi cum rebus necessariis novitas abin-  
gatur.

Senatores. Senatum non solum volumus numero augeri civium:  
sed ornari maxime luce meritorum. Accipiat alius  
ordo forte mediocres, Senatus requirit eximie non  
probatos.

Praemia. Remuneratio meritorum, iustum Dominantis praedit  
imperium: apud quem perire nescit, quod quoniam  
laborasse contigerit.

In tutum apud nos omnis reponit devoto, quod ne-  
retur: et duplicem fructum meriti, qui nobis se in  
aliquo paruisse cognoscit.

Aulicus  
bonus. Blandus alloquio, supplicantium fidelis Patronus, ac-  
cusare nesciens, commendare presumens. Non stultus  
se animi

se animi puritate clarificavit, ut cum apud nos merere-  
tur aulicas dignitates. Sed quid ultra de eij moribus  
est dicendum, cui ad perfectam probationem sufficit,  
quod animum nostrum jugiter habere promeruit?

Non est majus meritum, quam gratiam invenisse &  
gratum.

Cautela praedit affectum: et quod studiosius diligi-  
mus, majori gratia custodimus.

Pudor est degenerare a prioribus: eo praesentia tem-  
pore, cum talem Principem cognoscitis vos habe-  
re, qui praemia bene meritis, ultimum tribuat in-  
gratis.

## EX LIBRO SECUNDO CASSIODORI.

Per annorum numerum decurrat gratia dignitatum: et  
Beneficium Principum sacretur memoria saeculorum.

Dignus largitasibus nostris, qui in ipso pueritiae flore na-  
turi moribus lubricam frenavit aetatem: et quod ra-  
xum continentia bonum est, Patre privatus, gravitati  
factus est filius. Cupiditatem inimicam sapientiae sub-  
jugavit: vitiorum blanda contempsit: superbia omnia  
calcavit.

Curules infulas praestitimus candidato: ut virtutem de-  
sideria.

Honor Prin-  
cipum.

Reverentia  
a-

Re-

Honor.

Lauda su-  
perna.

Meritum ordi-  
natum.

sideria pessimum provocare per murem. Quia non desit  
rei studium, quod premium largius habet.

Honor. Multorum iudicio dignus est eligi, qui tantis fascibus  
meretur augeri.

Beneficia. Amamus nostra beneficia geminare: nec semel praestata  
largitas collata fastidium: magis nos provocat  
ad frequens premium, qui iustitia nostra gratia susci-  
pere meruerunt.

Princeps Reg. Sub imperio boni Principis, omnium fortuna proficit.

Idem. Mutatur fortuna cum Dominis: et in laude Regnantis  
proficit, quod subjectus acquirit.

Damnosa. Solet facile labi, quod sine difficultate potuit inveniri.

Generositas. Generosi est animi vitare, quod suum est.

Laus. Tende ad laudum celsa vestigia: ut priores tuos, quos  
honore reparas, virtute transeas.

Honor. Respice te supra omnium humeros, atq; ora volitare.  
talem te probe, ut dignus genere, dignus nostro iu-  
dicio, dignus trabeis distimeris.

Dignitas  
landa. Iacebat nobilis origo, et honoribus suis privata, per-  
grinabatur in Patria.

Eloquentia. Non primis, ut ajunt, labris eloquentiam consecutus,  
toto se Aonii fonte satiavit: equiparaverat priorum  
meriti, quos lectissimos auctores.

Falk.

Fuit quidam nostrorum temporum Sato, qui abstinendo vi-  
tiis, alios formaret exemplis.

Exemplum.

Ad Candidatum ora convertite: ut paternarum laudem  
in hunc recognoscatis esse vestigium, nec tantum Patris  
imaginem dedisse corpori, quam signa iudicetur trans-  
fudisse virtutis.

Filius imago  
Patris.

Ad ipsi primordiis honoribus aggregatus, iuvenitiam  
suam, quod est certissimum probatis iudicium, glori-  
osissimis viris amulata semper gravitate sociavit: ut  
post domestica virtutis exempla sumeret de publica  
auctoritate constantiam.

Gloria ju-  
ventus.

Sedus vetus cohibet, quos fidei promissa non retinet.

Melus.

Legatio virum sapientem requirit, cui Provinciarum u-  
tilitas, totiusq; Regni status committitur vindicare:  
nunc tamen necesse est prudentissimum eligere, qui  
possit contra subtilissimos dispartare, et in conventu  
Doctorum sic agere, ne susceptam causam tot erudi-  
ta possint imperia superare. Magna ars est, contra  
artifices loqui, et apud illos aliquid agere, qui se  
putant omnia providere.

Legatus  
seu Nuntius

Benigni Principis est, ad de easid commodum tran-  
silire terminos equitatis: quando sola est misericor-  
dia, cui omnes virtutes cedere honorabiliter non re-  
sistant.

Misericor-  
dia.

Nonis absurdum est, ut quos poena meruit consumere,  
etiam lucrum sibi valeant vendicare.

Poena.

Novo.

Scelus. Novo infelicitatis eventu, sit dedecus proprium, scelus alienum.

Injuria. In qualitate est, non in quantitate peccatum: si quidem mensuram non gesserit injuria.

Contemptus. Imperium si in parvo contemnitur, in omni parte violatur.

Audacia. Melius semper legum pondere pressa curatur audacia: et dum metus talibus imponitur, peccandi licentia non praebetur.

Filij Parentes debent imitari, et Senes alere. Ferarum cubuli sequuntur parentes: à cespite suo virgulta non discrepant: propago vitis propria vitæ origini, et discrepat homo à suo fusus initio! Ipse (id est filius) laboratur, ipsi divitiis congruuntur: et cum sibi unusquisque credat abundare quod possidet, in à Patribus adhuc gubernetur, pro altera potius dlate peccatur. Maria ipsa, sibi temperantibus existata, genitoris cura non refugit: ut peregrini meritis acquirat, quod propria soboli derelinquat. Aves ipsarum vita semper in escis est, naturam suam extrinsecus non maculant. Cecoia redeuntis anni Jupiter nuntiatrix, ejiciens tristitiam hyemis, lætitiã verni temporis introducens, magnam prestatu tradit exemplum, nam cum parentes eorum pennas senio cingente laxaverint, nec ad proprios cibos gubrendes ideo

nei potuerint inveniri, plumis suis genitorum membra frigida refoventes, escis corpora lapsa reficiunt: et donec in pristinum vigorem alas grandæva redierit, præ vicissitudine juvenes reddunt, quod à parentibus parvuli susceperunt. Et ideo non immerito longam vitam servantur, qui pietatis officia non relinquant. Perdiciisq; etiam mors est, ova perditæ per alterius matris damna sarrire: ut adoptione alieni sobolis, incommoda sua reparent orbitatis. Sed mox, ut nati fiduciam habere ceperint ambulandi, ad campos exeunt cum nutrice: qui ut fuerint maternâ voce commoviti, ocyorum suorum potius genitricem petunt, quamvis ab aliis fertivi factibus educantur. Quid ergo homines facere debebunt, quando et hanc pietatem avibus inesse cognoscunt?

Origo nescit deficere, etã consuevit radicibus pallulare. Nutriunt gradiorum exempla virtutes: nec quoviam est, qui non ad morum summa nitatur ascendere, quando irremuneratum non relinquitur, quod conscientia teste laudatur.

Munificentiam nostram nulli volumus existare damnosam? ne quod alteri tribuitur, alterius dispendiis applicetur.

Curata quidem jure detestamur scelera, et omne quod in ignem est clemens execratur auditus: sed ea maxime, quod humani sanguinis effusione polluta, nostram contra se incitare cenuram.

Natales.

Premia.

Liberalitas sine injuria.

Homicidia.

Imus.

Bonorum Omnes decet gratanter impendere, quod publicas vident uti-  
licum litates posse respicere: quando necesse est hinc membra  
sentire, quod corporis summa sentitur.

Exemptio. Decet nostri temporis disciplinam, ut qui publicis utilitate  
libus serviant, superfluis oneribus non graventur.

Oppressio. Delectamur, miseris premi: commovemur et non queren-  
tium malis.

Compendia Nullius compendii delectamur iniusti: nec ad animos  
iniusta nostra pietatis pervenimus, quod probitatis gratia de-  
seruntur.

Lex. Sicut exorati, iustum cupimus probere consensum, ita  
per nostra beneficia fraudes fieri legibus non amamus:  
in ea parte prodique, in qua divina reverentia credimus  
interesse.

Stipendia Tribuenda est iustis laboribus compensatio pro minorum.  
pretiis quia exprobrata militum creditur, quod irremunerata  
libis danda transitur. Athletam populi palma designat esse victo-  
rem. Sudores bellios civica corona testatur.

Utilitas. Cur enim illud tandem annuere, unde nulla personam  
dama sentire.

Miles. Publicis debent utilitatibus insudare, qui nomen dedere  
militum.

Labor promissus. Equum est, ut unicuique proficiat labor suus: et sicut  
expendendo

456  
expendendo cognoscit incommoda, ita rebus perfectis con-  
regatur augmenta.

Intuere, omnium ora atque oculos in te esse convertos: re-  
spice serenitatis nostrae suspensa iudicia ad effectum  
operis instituti. Quanta valet animositate festina  
ut dignus tanta te emerisse iudicis, qui iam nunc  
omnium admiratione laudaris.

Nulla mihi feliciter bella provenerunt, quod moderato fine  
peracta. Si enim vincit asiduum, qui non omnia  
temperare: dum iucunda prosperitas illi potius blan-  
ditur, qui austeritate nimia non rigesunt.

## EX LIBRO SEPTIMO CASSIODORI.

Pessima consuetudo est, despiciere veritatem.

Patrum laude decoratus, tot etiam morum  
luce conspicuus, sume post consulares fasces emeritis.

De maturitate tua multi debent venire meliora, qui in  
estate tenera te novimus fecisse predicanda. Cogitando  
crim nec tui generis institutionem, nec nostrum circa te  
errare posse iudicium.

Origo ipsa iam gloria est: laus nobilitati ianuaribus. i  
dem vobis est dignitatis quod vita principum. Sena-  
tus enim honor amplissimus vobiscum geritur, ad  
gen-

Exemplar  
virtutum.

Bellum.

Veritas.

Honor.

Progressus  
in virtutibus.

Familia  
habenda.

quam vix maturis aetatibus pervenitur. Et gratia rara  
sit gloria, non agnoscitur in tam longo stemmate va-  
riata. Saeculis suis producit nobilis vena primariis,  
nescit inde aliquid nasci mediocre: tot probati, quot  
geniti: et quod difficile provenit, electa frequentia. In  
pallulato ex uno germine quadrifariam decus, honor si-  
vium, gloria generis, augmentum Senatui: qui pro-  
vi fulgeant communione meritorum, invenies faciem  
quoniam possis laudare de propriis. Refert facie sanguis  
nis decus, proditur animi natura per vultum, et se-  
renitate corporis nubila quae nati abstergit. Do-  
mus hinc et quot edidit Familias juvenes, tot reddidit  
Curiae Consulares.

Beneficia. Optamus, cunctum diem plenum beneficiis nostris ex-  
cere. Optamus ubique praesentia nostra radiare; quia in  
Romam vivit, quod magnificentia principatus indifferit.  
Quid enim tam egregium, quam fecisse felicem? et  
eo usque praestare, quo se creatus stupescat attingere? Be-  
neficia si viderentur, quae Regna sublimant: et li-  
bertatis Dominus iugiter potest crevere, si sibi subje-  
ctos studeat ampliare.

Morita. Avara fuge, iusta seque, modesta dilige, iracunda om-  
ferre.

Vitium. Indocilis est animi, ad vitia trahi.

Publici

Publici decoris mater est mens Regentis: et quale fuerit Domi-  
nantis arbitrium, talera parit libertatis aspectum. Facili-  
us est quippe, si dicere fas est, errare Naturam, quam dis-  
similem sui Principi possit formare Languorem.

Cupimus, ut perpetuis honoribus fulgeatis: quia quicquid  
de vobis fama loquatur, nostris institutionibus applicatur.  
Nam cum omnia celsa mereamini, nostram invidiam  
fugit, si quod vobis fortasse defuerit.

Affectant famam commoda, pecunia neglectis appenda.

His egit se temporibus continentem, quibus crimen avari-  
tia non habebat.

Si potest alios bene regere, qui se studuit sub decore trahere.

Nec personas respicere, qui meram cupit ad dignitatem.

Malum cum perseverat, augetur, et remediabile bonum  
est in peccatum, accelerata correctio.

Iura publica certissima sunt humanae vitae solatia, iustitiae  
morum auxilia, Potentiam frena. Avaritiam, unde et securi-  
tas venit, et consuetudini proficit.

Fructuosus debet esse labor publicus.

Inter gloriosas Reipublicae curas, quae per sehi cogitatione  
revolvimus, cordi nostro est levamen humilium: ut con-  
tra potentiam superbiorum nostrae pietatis erigamus  
obstaculum, nec liceat quicquam apud nos audere, cu-  
ius est propositum, superba cedere.

Rex, exem-  
plum Subali-  
forum.

Honov.

Fama.

Virtus.

Regimen.

Judex.

Natum.

Leges.

Labor.

Oppressio  
impeditur.

Publi

Bellum civile.

Illud vos credimus admonendos, ut non in vos, sed in hostem idcirco cupiatis. Res parva non vos duat ad extrema discrimina. Agnoscite iustitiam, quae mundi laetatur. Deponite ferrum, qui non habetis inimicum. Peperit contra Parentes erigitis brachium, pro quibus constat gloriosè moriendum.

Uisitio ac securitas.

Propositum est pietatis regid, locum iniustis oculis angustare: et potestatis armata supercilium cohibere reverentia pissionum.

Iudex.

Tam diu iudex dicitur, quam diu et iustus putatur: quia nomen good ab dignitate sumitur, per superbiam non tenetur.

Beneficia.

Haec sunt regia dona, quae semina: sparsa, in regem coalescunt: in unum coacta, depereunt. Optamus ergo munera multis collata dividere, ut possint ubi nostra beneficia pallulare. Illud bonis Principibus crescit, quod benigna largitate praestatur.

Tributorum remissio.

Pretiosum vestigal iam nobis dederunt sui fidei. Injustum est, ut viles pecunias exigamus ab illis, qui gloriosas conscientias obtulerunt.

Regimen bonum.

Curam habeas iustitia: minoribus solatium feras: pro senibus severitatem obicias: nullum deniq; opprimi ubi qua praesumptione patiaris.

Audiendi supplices.

Pietatis nostrae propositum est, miserandis fletibus audientiam non negare, maxime cum moerit nostri ad

ad leges cuncta remittere: ut et cogverens mereatur effectum, et pulsatus nullum se gveratur sustinuisse praedictum.

Invalidus est seipsum defensor: nec animus ministrat audaciam, cum virtus corporis robore fuerit destituta.

Materia est gloria principalis, delinquentis reatus: pro nisi culparum occasiones emergerent, locum pietatis non haberet.

Casibus asperis praestandum est sub iustitia laude moderamen: ut nec vindictam sinamus superare peccata, nec culpam insultare patiamur legibus impunitam.

Munitio tractanda est semper in otio. Quia tunc mali golvitur, quando necessaria iudicatur.

Grati suscipienda est ordinatio, quae dantem iurat et accipientem pro temporis necessitate laetificat. Ita quia putare possit onus, ubi majus meretur in commutatione compendium?

EX LIBRO QUARTO CASSEJDRJ.

Ad ornatum Palatii credimus pertinere, aptas dignitate personas eligere. (Quia de claritate servitium crevit fama dominorum.) Tales enim provehere Principem decet, ut quoties procerem suum fuerit dignitate aspiciere, testes se cognoscat recta iudicia habuisse.

Gloriosum.

Virtus sine robore corporis

Piety sine Principem decet.

Idem.

Munitio.

Ordinatio grata.

Promoti ad honores.

Præmia. Gloriosum nobis est honores postquam impendere, sed tam-  
dabilius benemeritis digna præstare. Quicquid enim ta-  
libus tribuimus, pro generali potius utilitate largimur.

Modestia. Novum est, sub amore Principis custodire modestiam.  
Modus enim raro laetis rebus imponitur, qui magis  
in tristibus invenitur.

Virtus et Inter desideranda meritorum, originis quoque simili  
Familia. claritate respicienda, ut habeas quâ parte sit ditior,  
viam cupionius utraque possideat.

Iustitia Quod est dignius, quod die nocteque assiduâ delibera-  
tione volumus, nisi ut Reipubl. nostram sicut arma  
protegent, æquitas quoque inviolata custodiat?

Roma Roma est eloquentiæ fecunda mater, virtutum omnium  
latissimum templum.

Iudex. Spes est certa remedii vota supplicium ad prudentis  
remissis iudicium, ut per ordinationis Beneficium,  
confusionis abrogetur incertum.

Victus p[ro] militib[us]. Disciplinam non potest servare, se junus exercitus, dum  
quod deest, semper præsumit armatus. Habent quod  
emant, ne cogatur cogitare, quod auferat. Necessitas  
moderamen non diligit: nec potest imperari multis, qui  
nequeant custodire paucissimi.

Lenia iussa Decet principalem providentiam sepe refovere: ut  
Principis. ritatem

ritatem casuum mitiget lenitas iustionum.

In lucrum cadunt, quod bene meritis conferuntur. Et de i-  
pro munere magis acquiritur, cum optimis digna præstan-  
tur.

Libenti animo antequam circa vos beneficia custodiam, cum  
nova utilitatibus vestris præstare cupiamus. Servare,  
quippe terminos ignorat humanitas.

Decet cunctos, Patriam sua augmenta cogitare: sed cor ma-  
ximè, quos Reipubl. sibi summis honoribus obligavit.  
Quia ratio rerum est, ut eum necesse sit plus debere, qui  
vires est majora suscipere.

Quid erunt refugia supplicantibus, si et nostra beneficia  
vulnerabunt?

Ad finem debet perducere, quod prudentem incerto via  
est suscepisse. Quia sicut perfectam laudem parient  
ita et vituperationem generant, quod in mediis consiliis  
agra deferuntur. Defectus enim rerum aut consilia  
titubare, aut vires arguit defuisse.

Voluntus lucra quædam, quod per funesta possunt scelera  
reperiri.

Obveneretur innocentia, si relaxaretur audacia, et  
cunctis fallendi studio, si fraus subreptitium lucra-  
retur effectum.

Sic supplicantibus consulere volumus, ut eorum adver-  
sarios per iustitiam non graveamus.

Providentissimi Principis est, graviter imminuti velin-  
quere tributariam functionem. Nam si minime re-  
lectus.

158  
Liberalita-  
tis lucrum.

Beneficia.

Senatus, et  
officiales ve-  
rent bonum  
publicum.

Gratia.

Finis co-  
munit op[er]e.

Lucrum.

Poenæ.

Iustitia  
moderata.

Tributoria  
remissio.

levetur onus, necessitate cernitur jacere prostratus. Melius est enim presentia damna contemnere, quam exiguam quodam perpetua commoda non habere.

Imitatio Memor Natalium tuorum, à te abicias omne vitiosum: Antiquorum. Et illa sola diligere possis, quod et nos amare cupimus.

Avaritia. Avaritia radix est omnium malorum: quae tali sorte punita est, ut cum multa rapiat, semper egeat.

Oppressi Propositum regale est, propeis labe fortunae, pietatis erigendi: remedio subvenire, et acerbos casus injuria, meliore sorte mutare.

Rex, Pater publici Bene Principis clementia suscepit, quae pietas paterna destituit: gloria sub Parente publico Genitoris minime sentiri debet amissio.

Oppressi Convenit, pietatem nostram petitionis supplicum salu audienti. Sui ordinatione disponere: quia subiectorum animi relevantur, quoties moerentium querela componitur.

Ex adversis Frequenter nascitur de adversitate prosperitas, et hoc prospera nascuntur minus cum illud cupimus, Beneficia frequenter impertitur.

Poena. Neesse est, vindicta subjaceat, qui pravis moribus obsecundat.

### EX LIBRO QUINTO PASSIONUM.

Dignitas. Dignitas, quod nec divitiis, nec solis natalibus invenitur: sed tactum eam doctrina cum conjuncta potest impetrare.

160  
trare prudentia. Nam licet in honoribus aliis beneficia conferamus, hinc semper accipimus.

Concordat huic Familiae ramus ille dignissimus, qui Virgiliano carmine semper enascitur. Hoc enim avulso, non deficit alter aureus, et simili frondes ut in ga metallo.

Hae est indubitata Nobilitas, quod moribus probatur ornata.

Iustitia ratio persuadet, excedentes reprimere: ut ad cunctos possit quietis tranquillitas pervenire.

Dulciora sunt beneficia, quod nullis difficultatibus obtinentur.

Utilitas publica sicut ad conservationem respicit omnium, ita debet perfici studio, ac labore cunctorum.

Majora sibi facit credi, quae quis efficaciter injuncta per egerit.

Magnam beneficium, oblivionis necesse defectum.

Libertas verba nutrit, metus autem cogitationem frequenter intercipit.

Fessor annos magnificentia nostra corroborat: dum aetatem occiduum penuriam non facit detrimenta sentire. Juvenum superiorem virtus praesumptione labori animatur: sola senum vita est, quietis invenisse remedia.

Bonos laus, malos querela comitatur.

Familia frabesta.

Nobilitas.

Iustitia.

Beneficium.

Utilitas publica.

Negotia.

Beneficium.

Timor.

Senum vita, otium.

Laus.

Necesse.

Calamitas. Neceſſe eſt, ut amplius permoveat viſa, quam audita calamitas.

Leges. Decet, Provincias legibus, et bonis moribus ordinari. Quia illa vita vere hominum eſt, quod iuris ordine continetur. Nam belluarum ritus eſt, ſub caſu vivere.

## EX LIBRO SEPTIMO CASSIODORI.

Initium. Bonum initium ſeventibus rebus potest dare principium.

Tribunal. Par tibi ſit cum potestate prudentia. Tribunal tuum ideo tam excelſum factum eſſe noveris, ut locatus ibi nihil humile, abiectumq; cogitares.

Munerera. Erit magnam, et ſingulare premium, ſi iudices non accipiant, ubi ſunt, qui multum dare contentant.

Eloquentia. Nihil preſtabilius videtur, quam poſſe dicendo tenere hominum mentes, allicere voluntates, impellere quo velis, unde autem velis deducere.

Sermo, index animi. Speculum cordis, hominum verba ſunt. Superius orationis gressibus patet. Inaccedens luminum fervore declaratur. Subdolis terrenum ſemper nunciat aspectum. Leves inconstantia, prodit oculibus. Avarus obuncis unguibus explenatur.

Iuſtitia. Omne iuſtum celeritatis commodo transit ad beneficium.

neficium: et quod debito redditur, tali gratia munus putatur.

Periclitarentur graviter boni mores, ſi aut ſolus divitiis, aut corpore valentibus preſtarentur tantummodo dignitates, dum multos invenias excurias Palatii reſugere, qui magis poſſint laudabili conſervatione fulgere.

Sapientia eſt, quae honores meretur, totum aliud extrinsecus venit. Sola eſt prudentia, quod rebus omnibus preſtat, quando in homine feliciter invenit.

Conſtat felicem eſſe Rempublicam, quod multis ſingulis reſplendet ornata. Non ſicut ſolum ſtellis redditis clarum, ſic reſplendet Urbes lumine dignitatum.

Illum honores glorificant, quem commendat et vitat.

Interdum aſpidis labores etiam janas ingratos faciunt dignitates: dum imbecillitas lumina cito ſolet ſuſtinere faſtidia, et quod prius ambeſſe creditur, poſtea vitare velle ſentitur.

ſi honor frequenter deſertur otioſis: ſi interdum aut nobilitas eligitur, aut ad promerendum aliquid personam tantum gratia ſuffragatur: quo ſtudio remunerandi ſunt, qui ad agonis ſui premia pervenerunt?

Laudabiliter quidem bonum dicitur, ſed multo gloriosius

Honores.

Idem.

Idem.

Idem.

Labores dignitate.

Virtutum premia.

Factum se gratia vult.

gloriosius statuta complentur.  
Facies Sollicitis inquiritoribus saepe et vultu proditur, quod  
Festis taceatur.

Liberalitas Proximus habetur donanti, de quo potest dici, absti-  
ex rapina nens est jugiter alieni. Certe foedissima contrarie-  
tatis vitium est, studere furtis, et habere vocabu-  
lum largitatis.

Consul Consule sehis, et tunc vere diem Consularis.

Judex Da ut possit rigidam formidare sententiam, aut  
Judices neviunt, quantum delinquant. Nam cum  
vendunt aliena crimina, sua faciunt esse peccata.

Succesor Sufficiat tibi factum gerere, quantum deceptor tuus  
constiterit rationabiliter effecisse.

Judex Laudabile est, ut bonus populus judicem benignum  
faciat, et mansuetus Judex gratissimum populum  
aequabili ratione componat.

### EX LIBRO SEPTIMO CASSIODORI

Justitia Scito puniendi remedium datum tibi pro salute mal-  
torum. Arma ista juris sunt, non furoris. Alie  
